ant. ¶ Secūda conclusio. Qꝛ si nō sit qd̄ te festinet ad eaꝫ sic faciēdam: etiam: quia corpꝰ nō est tale: vt dictuꝫ est: melius est eaꝫ partiri ꝙ̄ ad sincopim ducere. ⁊ hāc credo sententiam intellexit Auicē. cum dixit. Et partitio quidem in ea melioꝛ est vt hic ante. Unde hic attende pro tui doctrina ꝙ Gal'. fuit audacioꝛ super flobotomiam ꝙ̄ Auicenna quoniam corpora grecorum alijs paribus sunt robustiora ⁊ magis plectorica orientalibus vnde oriundus est Auicē. Nam greci plurimo vtuntur vino. ⁊ eo multum se replent Orientales autem eo omnino priuantur. ⁊ ideo copiosioꝛ in grecis fieri potest. considera. Consimiliter est aduertendum in corporibus vltramontanis boemis polonis ⁊ huiusmodi. que sunt multum robusta carnosa. multoꝗ cibo ac potu se replētia veneri ⁊ baccho in totū deseruientia. in quibus nō incōueniret vsqꝫ ad sincopim eam facere consentiēte virtute ⁊ alijs. In italia autem: quia vtplurimum nō reperiuntur talia: ideo forte medici nō sic ausi fuerunt super ipsam ad sincopim faciēdam. ⁊ ideo partiuntur eam vt Gordonius inquit. Mihi videtur tutius facere flobotomiam in multis vicibus donec deficiat materia. ⁊ nō patiens: ⁊ magꝭ diligo ꝙ egritudo aliquātulum plus ꝓlongetur ꝙ̄ si mors mihi īputaret̄. quoniā aliqn̄ fallimur credētes ꝙ eger sit fortis v̄tutis. ergo fiat flobotomia mane ⁊ sero: ⁊ multis vicibus. Et ꝑ hāc flōmiaꝫ cōplētur due intentiones. Prima. quia euacuatur materia replēs sua quātitate peccās. Secūda. quia ꝑ ipsam remouet̄ iflāmatio. quoniaꝫ flobotomia est de maxime refrigerātibus. Et ideo dixit Auic. Et scias ꝙ flobotomia ⁊ sumere ī potu aquā frigidam quādoqꝫ excusat ab ifrigidatione alia. vnde supra. 9 terapē. Ex sola flōmia vsqꝫ ad sincopī liberatꝰ ē eger ex synocha. ¶ Tertia cōclusio. ꝙ vbi esset necessaria: ⁊ fieri nō pōt ratiōe etatis. vel ꝑꝑ ifirmi deliciam. ⁊ qꝛ nō vult eā pati. ⁊ similiter astātes ⁊ huiusmodi loco flobotomie applica vētosas spatulis aut naticis: ⁊ melius: aut ꝓuoca sanguinē per fluxum sanguīs narium. per emoroidas per mēstrua ⁊ huiusmodi. Qꝛ si ꝯtingeret sanguineꝫ exire ex se nullo modo cōstringas nisi ad debilitatē magnam egrum perduceret. ¶ Quarta cōclusio. Cōueniēte flobotomia fiat de manu. i. de brachio. Auic. Sed īterrogabis. de q̄ vena ait rabi auctoritate Galie. In omnibus speciebus sinoche festina minuere ex vena cordis. i. ex nigra: ⁊ causa redditur a quibusdā: quia in hac vena maxime cōtinetur multitudo sanguinis a quo febris ipsa depēdet. vnde Isaac. si pectus doluerit aperiat̄ epatica: si nō mediana. Quidam ꝙ quando sanguis peccat solū ratiōe multitudinis: debet fieri de vena brachij dextri: sed quādo cum multitudine est acuitas debꝫ fieri de sinistro propter feruorem cordis. ¶ Quinta cōclusio ꝙ quacūqꝫ hora medicus occurrat egro: dꝫ ipsam ꝙ̄ citius potest facere: nisi sit qd̄ obstet. Hanc cōclusioneꝫ voluit Auic. dum īquit. Euacuatio autē nō est aliqua sicut flobotomia ex manu in quacūqꝫ hora accidat: ⁊ nō expectetur crisis neqꝫ digestio nisi sit repletio nauseatiua: quaꝫ remouet Gordonius cū fricatiōibus extremorū. abstinentia ⁊ impositiōe clisterioruꝫ. Et hic habeas pro canone generali: vt supra de canonibus generalibus putridarum. ꝙ ante flobotomiā fac euacuatiōem lenitiuam. Et Gal. 9. terapētice iubet nō expectare horam electaꝫ: sed ⁊ de nocte facere: vt ipse fecit in iuuene quodam patiēte sinocham iflatiuam anteꝙ̄ in putridam trāsiret. ⁊ Gordonius: nec in flobotomādo in hac febre dictū numeruꝫ attēdere debemus: in oppositū cuiꝰ scribit Platearius dicens ꝙ sanguis detrahēdus est vsqꝫ ad 4m diē. quartus vero dies sit exclusus. ¶ Sexta ꝯclusio. ꝭꝫ aliquos cauēdū est ne ī statu fiat flobotomia: qm̄ virtus est debilis: ⁊ āpliꝰ ab accidētibꝰ debilitatur: ⁊ iteꝝ ex flobotomia debilitabitur. quare periculum est extinctiōis egri. cōsidera. ⁊ est gilberti. ¶ Septia cōclusio. ꝙ post flobotomiā per duas horas vel circa da cibū ex mica lota in aq̄ frida vīo granatoꝝ: cōedat lactucas lentes acetosas. succos acetosos ⁊ huiusmodi īfridātes: vt supra de peste. ¶ Octaua ꝯ. Qꝛ vbi virtus videat̄ satis notabiliter defecta ex tali flobotomia ordia vt dormiat post eam. vt Gal'. allegato loco īquit. Et in 5a hora diei īueni euꝫ graui somno detineri: adeo ꝙ nō sentiebat ministros: duꝫ sudorē eius abstergēt: neqꝫ excitaui eū vsqꝫ ad primā horā noctis: sꝫ iussi ministris vt sudorē abstergerēt. Et hic nota cōtra illos ꝗ semper post flobotomiam somnum ꝓhibēt. ¶ Nona ꝯclusio. Qꝛ si talis extīctio nō potest flobotomia fieri. aut ꝓpter metuꝫ īfirmi. aut propter aliquā taleꝫ causam vt supra. Ad aque frigide exhibitiōem veniēdum est. nullo aut paruo ex eiꝰ potu ꝓueniēte nocumēto. Magno vero eius potu prouenīēte nocumēto. ab eius datione abstinēdum. ⁊ alijs oportet vti auxilijs: que obstrictionē aperiunt: multitudinē euacuāt: ⁊ febris feruorē humiliāt: ⁊ dosis est lib. iij. quidam vsqꝫ ad mutationē coloris: ita vt viridis fiat. ¶ Decima ꝯclusio. Qꝛ vbi nō possit flobotomia neqꝫ scarificatio neqꝫ aliqd̄ tale fieri quo sanguis eūet̄ tūc fac vētris solutionē cum farmaco respiciēte colerā: vt est reubarbarū scamonea ⁊ huiusmodi: sicut in causone. ⁊ ratio canonis est: quoniā in his febribus cum sanguis putrefit ad nām colere ꝯuertit̄. vt supra. In qua euacuatiōe expectabis aut nō expectabis digōneꝫ ꝭm canōes positos de hoc. ⁊ ꝑ ꝯplemēto canonis scito vt supra. ⁊ potest eē canō. ¶ Undecima. Qꝛ vbi in stomacho itestinis aut venis meseraicis reperiātur māe corrupte debꝫ flobotomiā precedere lenitio vētris cū cassia māna aut cū clisteri colirijs ⁊ hꝫ: vt supra de his in canonibꝰ generalibꝰ de cura putridarū. ⁊ tu ibi. ¶ Duodecima. ꝙ hec lenitio fiat ad terminuꝫ. i. ad terminatū tēpus: qꝛ. s. sit ita breue vt nō īpediat̄ siue differat̄ flobotomia maxime necessaria ⁊ cita. ⁊ aliquādo posset eē ita necessaria ꝓpter periculū suffocatiōis in mora ꝙ postponeret̄. ⁊ tu ꝯsidera. Et qꝛ post flobotomiā copiosaꝫ fortificata v̄tute aliquādo accidit fluxꝰ vētris colericus: ⁊ sudor copiosus: tu nō debes strīgere fluxuꝫ nisi acciderit debilitas magna. neqꝫ sudorē. immo debes ꝯtinue abstergere: qm̄ sic fortasse sanabit̄. vt Gal'. 9. terapē. ¶ Postremo nota ꝙ si acciderit fluxus sanguis. vt vbi gr̄a nariū ⁊ ex ipso īfirmꝰ ad sincopiꝫ appropiquare icipere debes statim eū restringere: ⁊ cā: qm̄ talis euō nō fit a nā nisi cū magna euōne: cū ipsa sic eligat euacuat̄. vn̄ euō nālis n̄ ita debilitat v̄tutē sic artificialis: qm̄ eā elegit. ⁊ ideo cū maiori euacuatiōe ad terminū sincopis venit: ꝙ̄ qn̄ fit euacuatio ex arte. considera.

¶ Pro cōplemēto tertij canonis ꝗ fuit opil'onū aptio. apitiua: da icisiua ⁊ cal'itatis sedatiua: vt ē sy. acetosus simplex. sy. de endi. cū aquis suis vt supra. 4°. ca°. cū seminibꝰ coībus maiōibꝰ fridis. ⁊ ifra. i fine rubrice. ⁊ aliqn̄ adde si vr̄ aliqd̄ ď radice feniculi. aut petrosilini. maxīe qn̄ fortis ē opil'o. ⁊ tu ꝯpone cū his fridis apitiuis simplicibꝰ ⁊ ꝯpositis de qbꝰ supra ad plenū 4°. ca°. ď digestiuis i discrasia sanguiea ⁊ colerica valētibꝰ. ⁊ tu ibi. Et hic canō ꝯpleri hꝫ fcā flōmia: ⁊ n̄ alr̄. Itē ꝯuēiūt ad eiꝰ ꝯplemētū post ipaꝫ flōmiā fricationes leues facte an̄ cibi exhibitionē. veꝝ auctores ꝑcipiūt ipsas fieri debere cū oleis rarefactiuis: vt cum oleo camomillino: ⁊ vino albo: sꝫ nō est in vsu.

¶ Pro ꝯplemēto quarti. ꝗ ē sanguis rectificatio. si grossus subtiliet̄: ⁊ in subtiliādo ipꝫ nō ē veritꝰ ysaac cal'a admistrare ꝙ̄uis obsint dispōni cal'e: Gal'. vo. 9. terapē. Elige attēuatiua aperientia: ⁊ mūdificantia sine calefactione: vt nō augeant febrem. Et in hoc casu conuenit oximel simplex qd̄ ē tēperatū. sy. acetosus simplex cū aqua capilloꝝ veneris

Ex q̄ vena int flobotomandi synocha laborantes

Nota contra somnū prohibentes post flobotomiam

ꝛ feniculi añ. ꝛ ita cōpone cal'a cū fris vincētib⁹ fris. Et qdā administrāt oxizacarā cū aq̄ feniculi lupuloꝝ ꝛc. Tu ēt cōpone ex simplicib⁹ positis all'ato loco. Et si fuerit subtilis ingrossa cū regimine ex pte cibi ꝛ potus dādo lētē acetosaꝫ excorticatā: ꝛ cibos valētes i distēperātia sanguinea ꝛ colerica: vt supra tertio ca°. Et sil'r da digestiua in eisdē discrasijs valentia. ꝛ tu ibi.

¶ Pro q̄nto q̄ ē sanguis infrātio nota q̄ oēs auctores in exhibitiōe aq̄ frē ꝯueniūt. ꝛ hoc vbi dari pōt. vñ Aui. Sumere i potu aquā frām: si nō ē qd̄ ꝓhibeat sanat ꝛ fortasse excusat ab īfrigidatiōe altera. Sꝫ nō q̄ subdit: ꝛ scias qd̄ eē contētū in infrātione ꝛ dimittere flōiaꝫ ꝛ solutiōeꝫ ventris ē addere i opilationē ꝛ coartationem. aut supple eā de nouo facere. q̄re addit̄ putredo ꝛ caliditas: vt velit q̄ nō deꝫ. nisi p̄cedēte euōne. Et iō dicebat Auic. Uerūtamē nō attēdas ad v̄ba eoꝝ q̄ dimittūt euōnē in hac febre: ꝛ solū alterātib⁹ vtunt̄. ꝛ hic bñ aduerte. Et si ꝯtingat p flōiaꝫ factā sanguinē nō eē sufficiēter infrigidatuꝫ fac istū canonē eē tertium in ordine positū. Et si erit sufficiēter infrātus sufficiet tibi alteratio q̄ ꝓueniet ex cōplemēto tertij canonis supra īmediate positi: ꝛ tu ꝯsidera. Et scito q̄ hui⁹ aq̄ pot⁹ maxīe ꝯuenit sanguine ēt cuꝫ colera inflāmato. nā sic subtilē factū ingrossat ꝓhibetq̄ fluxū ei⁹ ad aliud p̄ncipale ꝛ statiꝫ. febrilē inflāmationē extinguit: ꝛ tāte v̄tutis existit: vt dicit Gal'. vt si ēt aliq̄ tactaꝝ cārū flōia celebrata ñ fuit: ipa sola sit sufficiēs ad curā: maxīe vbi signa digōnis hūoꝝ obstruētiū. si alij sint a sanguine visa fuerint. ¶ Itē scito q̄ facta flōia ꝯueniūt infrīdātia extinctiua ex succo granatoꝝ. iulep violato. aqua ordei. aqua d̄coctiōis prunoꝝ. sy. acetosus simplex cū aq̄ endiuie. oxizacara. ꝛ h'. ꝛ tua ē mēsurare gradū caliditatis. ꝛ f'm illa intēsiora ēt remissiora frā administrare. ex fris positis supra q̄rto capl'o. ꝛ de cura febris pesti. q̄b⁹ locis habes copiose. ꝛ tu ibi. ꝛ semp tenorē v̄tutis cōsidera. ne ex multa infrigidatōe extingueret̄ calor. Ad hāc aūt intētionē cōplēdā ꝯueniūt ꝛ fieri debent epithimata ꝛ alia īfrigidātia maxīe. ꝛ p̄mo circa cor. epar 2°. 3°. circa timpora ꝛ frontē. Coacte tñ aliq̄ñ cogitur medicus incipe ab alteratiuis: ꝛ postponit flōiaꝫ sicut ꝯuenit i casu in quo febris esset arsiua: intēse. s. caliditatis ꝛ īsupportabilis ab infirmo. ꝛ in isto casu loquebat̄ Rasis in diuisionibus dum ait. Si omittit̄ supple flōia. stude ad dandum ei in potu aquā frām plurimā. Et da ei in potu tm̄ q̄ satiet̄: aut infrētur aut tremat. Si ergo deseret eū febris iaꝫ sufficit tibi: ꝛ si redit ꝛ tu reitera vsquequo decliuet febris leuis adherēs: ꝛ tūc rege ipm̄ regimine febris flegmatice: ꝛ subdit q̄ exptus fuit. ꝛ sanat⁹ ē. hortat̄ aūt vt medicus nō sit piger i ei⁹ exhibitōe: q̄ñ ꝯstat ei d̄ ipsi⁹ exhibitiōis necessitate. ꝛ hoc si cetera ꝯsentiūt ei⁹ exhibitioni: q̄ posita sūt. ca°. 7°. supra ī canonib⁹ vl'ib⁹ febriuꝫ putridaꝝ. Dixit Auerroys 5°. colliꝫ. Qñ oīa particularia cōcordāt i febre arsiua ꝛ eger multū desiderat aquā frigidā: nō ē in hoc expectāda digestio: q̄r eger añ digōneꝫ cōsumeret̄: ꝛ si feceris eū pati vsq̄ ad digōnis apparitionē. tūc erit ipa digestio mala. sic hipostasis nigra: aut nebula nigra: pp nimietatē cōbustionis. ꝛ tūc exhibitio aq̄ frigide nō valebit: ꝛ ppea meli⁹ ē i p̄n°. sine ēt digōnis signoꝝ apparitōe exhibere eā ꝛ nō curare d̄ dictis aliquorū ꝯ hoc: q̄r hec ē res verissime approbata. nā mā q̄ taleꝫ facit febrē q̄lis ista ē: cū sit i vltimo caliditatis nō ē p̄uata digōne nisi pp malā q̄litatē acutā: ñ pp grossiciē neq̄ pp viscositatē: ꝛ q̄ñ hūc ifridab tūc stati erit mā digesta. Et subdit. meli⁹ ē vt ꝯuertas talē febrē ad febrē lētā ꝛ lōgam: q̄ curari possit: q̄ eger subito moriat̄. nā error q̄ fit in alteratiōe cōpl'onis febris: facilior ē q̄ mors. Et ergo credo q̄ illi i q̄b⁹ digestio dꝫ expectari: si detur aqua frigida citius curant̄ si v̄tus extiterit fortis q̄uis egritudo ꝓlonget̄. Et rasis recitat q̄ duo iuuenes iter agebāt in dieb⁹ canicularib⁹: quoꝝ vn⁹ erat dñs: alter s'uus: ꝛ ambo hāc egritudinē inciderūt: ꝛ medicus dño aquā p̄buit frigidā ꝛ s'uo nō ꝓpinauit. ꝛ dñs euasit: ꝛ s'uus mortu⁹ ē. Et ex dictis hoꝝ viroꝝ: ꝛ alioꝝ auctoꝝ cōprehēdere poteris q̄ nisi sit qd̄ ꝓhibeat ei⁹ exhibitionem: magis ꝯfisi sunt in eius datiōe q̄ alioꝝ infrigidatiōis: ꝛ de hora exhibitiōis iā dictū ē. Nō itaq̄ mireris si d̄ eius exhibitione tā longā feci s'monē: q̄m multi ex antiq̄s ꝛ ex modernis sunt in hoc ꝯrij. Uerꝫ Cermisonus noster audactior est: ꝛ securior sup aquā ordei actu frigidā. Nā aque frigide potus in febrib⁹ cōiter blasfemat̄ apud nos: non sic apud oriētales: q̄b⁹ est pot⁹ ꝯtinuus. ꝛ iō oꝫ vt cū medic⁹ venit ad exhibitionē q̄ illud faciat cū prudētia ꝛ cautela. ꝯsidera. ¶ Postremo scito qd̄ audactior debes eē in exhibitione aque ordei in magna quātitate: ꝛ maiori q̄ sit aque frigide. ꝛ detur absq̄ zuccaro pp opilationē: ꝛ ē modus securior. vñ cū vides patiētē sinochā multū inflāmatū ꝛ angustiātē: ex ebulitiōe cū īflāmatiōe sp̄ūaliū frequētia magna pulsus ꝛ cordis: ꝛ nō sit qd̄ ꝓhibeat potes dare de ipsa actu frigida vsq̄ ad libr. vi. Aduerte aūt diligēter ad hos canones: ꝛ te f'm eos rege cuꝫ occurret: habito semper respectu ad tenorem virtutis: ꝛ alia: de quibus supra.

¶ Pro sexto. Quia cum sanguine vtplurimū in casu isto peccat colera hinc dentur colere euātiua ex lenitiuis et fortibus mixta: vt cū reubarbaro ꝛ māna: aut cassia: aut electuario succi ros. ꝛ māna aut cū pillulis aureis: ꝛ h'. d̄ quib⁹ ad plenū. 4°. ca°. De euacuātib⁹ colerā. ꝛ sil'r si fuerit flegma cū ipꝫ respiciētib⁹ ex debilib⁹ ꝛ fortib⁹: vt ibi. Scito tñ q̄ tamaridi sūt max̄ r̄mittētes feruoꝝ sāguis.

¶ Pro septimo. Dicēdū q̄ p̄ficit̄ cū aperitiuis dictis in cōplem̄to tertij. vñ nā p ea reddit̄ potētior ad ipsaꝫ māꝫ resoluēdā. ad quē ēt ꝯplēdū adiuuāt fricatōes: vt supra. stude ꝛ recurre ad all'ata loca vbi eris remedioꝝ copiosus. Et lꝫ hic canon cōpleat̄ p 3m ꝛ i eo includat̄. tamē ad maiorē tue doctrine claritatē sic eū posui.

¶ Pro octauo. recurre ad ea q̄ dicta sūt supra de cura accidētiū acutaꝝ. Et vt tibi p̄ticulari⁹ satisfaciā quo ad cōplemētū aliquoꝝ canonū. hic addā simplicia ꝛ cōposita illis deseruiētia magr̄alia ꝛ expta q̄d̄q̄ in alijs s'uabo rubricis: ꝛ maxīe in eaꝝ fine. ¶ Simplicia ꝛ cōposita in febre sanguīs ꝯferētia. rosa. viola. cucurbita: femina frigida maiora ꝛ minora. solatrū. endiuia. latuca. acetosa. nenufar. lupulus: ꝛ ē ꝓpe portulaca: plantago. limon. capillus ve. epatica. anguria: ꝛ haꝝ herbaꝝ aque sublimate sunt vsuales. ordeū ꝛ aq̄ ei⁹. spodiū. vinū granatoꝝ. siue succus eoꝝ acetosoꝝ: ꝛ medij saporis berber. dragaganti. gūmi arabici. ligricia. citoniū. coriādrū: q̄r puluis eius sup fercula. papauer tritus: ꝛ in ferculo positus. Ribes succus ei⁹. ac sy. sandali. tamarindi. ꝛ h'. vt supra d̄ pesti.

¶ Ex cōpositis sunt iulep. ꝛ sy. supra 4° ca°. ꝛ ea q̄ in colerica ꝯueniūt mā. Oleū violatū. ro. ꝛ h'. ex herbis iaꝫ dictis. Troc. de sandal'. de cāphora de spodio. ꝛ maxime i declinatiōe febris: ꝛ valēt in ꝯfortatiōe epatis. Itē troc. Auic. descri. 2° de cura ei⁹. Cerotū sandal'. mes. cerotum Gal'. cerotū infrigidatiuū Serapi. ꝛ tu accipe eoꝝ spēs: ꝛ fac vnguēta. ꝛ alia vt placebit. Ungnētum infrigidās Gal'. vnguentū ro. mes. ¶ Ex cōpositis magr̄alibus. ℞. aq̄rū ro. ℥. iiij. acetose endiuie. añ. ℥. ij. violaꝝ. ꝛ si magis vis infrigidare nenufa. añ. ℥. iij. lupuloꝝ. ℥. ij. acetosi simplicis vel oxizach. ℥. vi. vel loco sirū. pone vini granatorum. ℥. vi. zuccari tabarzet. ℥. ij. ꝛ iulepiza. ¶ Ex ꝯfectio

nibus cõuenit manuſxp̄i platũ cũ modico ſandaloꝝ cõfectum in q̃libet hora exhibẽdum: dãdo de eo cuꝫ potu aque ordei: vt ſupra. Itẽ triaſandali. Itẽ elĩũ. ℞. zuccari viol᷑. bugloſſati. añ. ℥. ij. manuſxp̄i plati diſſoluti ĩ aquaro. ℥. i. margaritaꝝ elect[ar]. de gẽmis. ℥. i. miſce. ⁊ p nobilibus cooperiat᷑ folijs auri: de quo det᷑ ad libitũ añ ⁊ poſt cenã. ¶ Et ex hiis cõpõe ſil᷑r vt tuo ꝯueniet ꝓpoſito. nã ſi ſanguis fuerit groſſus indigẽs ſubtiliatõe vt ĩ ſinocho: facta flõia: da ſubtiliãtia apiẽtia: frigida tñ in vigore: vt ℞. ex ſir. frigi. ⁊ cal᷑. ⁊ ſil᷑r ex aquis ꝯueniẽtib᷒ talibus: vt verbi gr̃a. ℞. ſir. acetoſi. ſimpli. oximel᷑. ſimpli. añ. ℥. i. aq̃ capil᷑. ve. iſopi. añ. ℥. i. ʒ. aq̃ endiuie. ℥. i. miſce ⁊ aromatiza cũ modico cinamomi. ⁊ hic ſcito ꝙ vt ſupra eſt q̃ſi ſemꝑ groſſuꝫ cõmixtione ei᷒ cũ flegmate. ⁊ iõ ĩ cõmiſcendo talia debes illa calida cõmiſcere cũ fri[gidi]s: q̃ ipꝫ flegma reſpiciunt. Et ꝓportionabiliter opare in ꝯficiẽdo ꝯfectões ⁊ electuaria. nã calida hẽbis in de flegmatica: ⁊ frigida habuiſti ⁊ hẽbis de peſtilẽtia. ⁊ ſic ꝑ te de nouo fabrica. Et vt dictũ ẽ maxime cõferũt q̃ in colericis ꝯueniunt. Et ſi opus ẽ euãtio. da caſſie pinguis. ℥. i. ʒ. cũ decoctiõe tamarindoꝝ lupuloꝝ ⁊ capil. ve. extracte de nouo ⁊ turbit p̄parati. ℥. i. vel agarici preparati tãtũdẽ. ¶ Et ſi ſanguis fuerit groſſus mixtione melie. da cũ decoctiõe epithimi ⁊ thimi diaſcene. ℥. iij. vſqꝫ ad. vi. ⁊ ꝯſidera etatẽ vl᷑ caſſiã cũ decoctiõe ſcene epithimi vl᷑ thimi: ⁊ h᷒ meli᷑aꝫ reſpicientium. ⁊ nõ ꝙ ex ſpẽbus trociſcoꝝ cõponere potes ſir. eliũꝫ. confectionem. pillulas: ⁊ h᷒. ⁊ tu ingeniare ad magis vtilia ⁊ cõmoda.

¶ De Sinocho. Rubrica IIII.

His ſic de ſinocha viſis venio ad ea q̃ ſinocho ꝑtinẽt: cui᷒ in p̄nti talis ponat᷑ deſcriptio. Sinochus eſt febris acuta cõtinua ex ſanguine ad ĩtra venas putreſcẽte ſ̄m plurimũ cauſata. Cuius cã ẽ opilatio in poris venaꝝ ⁊ arteriaꝝ ꝯtingẽs: ⁊ d᷑ putreſcẽte: q᷑ ꝑ hoc differt a ſinoca: vt ſupra in deſcriptiõe eius. d᷑ ſ̄m plurimũ: qm̄ non inconuenit ꝙ ſanguis extra venas fuſus in loco cordi ꝓpinquo putrefactus faciat ꝯtinuaꝫ ⁊ ſinochuꝫ. Itẽ cõſimiliter nõ incõuenit ꝙ ſãguis putrefactus faciat interpolatã: vt pone ꝙ ſit ſanguis putrefactus: a corde ita diſtãs: vt nõ poſſit ꝯtinuare fumos putridos ꝯtinue vſqꝫ ad coꝛ. vt pone ꝙ hodie putrefiat. ℥. cuꝫ qua põt ꝯtinuare: ⁊ nõ cũ minori: qua reſoluta ſtet ꝑ ſpaciũ viginti horaꝝ anteq̃. ℥. de nouo putrefiat. deinde putrefiat: ⁊ ſic ꝯtinuet᷑ hec putrefactio. pꝫ. Reperiũt᷑ tamẽ opiniones ad contrariũ. hoc. n. imaginabile ẽ rariſſime vl᷑ nũquã veniẽs. Relique particule: vt in deſcriptione ſinoche. ¶ Nota ꝙ lꝫ ſanguis ad ĩtra venas putreat: nõ tñ tota maſſa putret: q᷑ oẽs alij humores: qm̄ nã tãtã: q᷑ vltimã coꝝ malitiã corrigere nõ poſſet: q̃re mẽbra nutrimẽto priuarẽtur: ⁊ ſic oĩs talis ex neceſſitate eẽt mortal᷑. Dico ſecũdo ꝙ lꝫ alij humores in p̄n° qñ ſanguis incipit putrefieri nõ putrefiãt tñ cũ ꝓcedit febris de ipſo ſolo putrefacto ſibi aſſociat᷑ colera putrida ĩ quã ſanguis cõuertit᷑: ⁊ ſic ꝯponit᷑: ⁊ nõ ẽ febris abſolute ſimplex. ꝑꝑ qd̄ dicebat᷑ ab Auic. ⁊ magis ſimilis cũ cauſonide: ⁊ de hoc infra de compoſitione febrium.

De cauſis eius dicat᷑. Et q᷑ cauſe ſynoce ſunt vl᷑ eſſe poſſunt factiue ſynochi: ⁊ q᷑ cura vnius a cura alterius non variat᷑: niſi ſ̄m intenſum ⁊ remiſſum: hinc Auic. et alij auctores vnũ tñ de eis capitulũ fecere. Uerum ad putrefactionem ſanguinis qñqꝫ põt tãqꝫ cã extrinſeca ꝯcurrere ipſa colera putrida aut ipſuꝫ flegma putridũ. ita vt colera putrida mixta ſanguini ipſum putrefacit ⁊ ſubtiliat: ⁊ flegma ingroſſat ⁊c. ꝑꝑ qd̄ Auic. dicebat: ⁊ hec diuerſitas cognoſcit᷑ ĩſpectione.

De differentia eius ad ſinochaꝫ dicat᷑ primo anteq̃ ponant᷑ ſigna diſtinctiua. Et hec differt ab illa in p̄mo: q᷑ hec hꝫ tres ſpẽs: quas illa nõ hꝫ. ſ. augmaſticã: omotenã ⁊ peraugmaſticã. Augmaſtica ẽ febris de ſanguĩe putrefacto: q̃ ꝯtinue augmẽtãdo ꝓcedit: ⁊ cã: q᷑ illd̄ vaporoſuꝫ putridũ qd̄ eleuatur maius eſt q̃ illud qd̄ reſoluit᷑: qñqꝫ ẽ eꝯ. Et ſic habetur. ſecũda: q̃ d᷑ peraugmaſtica q̃ ẽ febris ſanguis q̃ ꝯtinue d̄clinãdo ꝓcedit. Quãdoqꝫ vaporoſũ putridũ qd̄ eleuat᷑ ⁊ illd̄ qd̄ reſoluit᷑ ſunt equalia: ⁊ ſic habet᷑. Tertia ſpẽs q̃ eſt febris ſanguinea: q̃ a p̄ncipio vſqꝫ ad finẽ: in vno permanet ſtatu. ¶ Sꝫ dices. ſi aliqñ illud qd̄ reſoluit᷑ ẽ pl᷒ q̃ illud qd̄ eleuat᷑: quare nõ ceſſabit febris: Dicẽdum ꝙ vapor faciẽs febrẽ habꝫ latitudinẽ: ita ꝙ maior ⁊ minor q̃ntitas põt facere febrẽ. Cõparat᷑ aũt in hoc ſ̄mone q̃ntitas vaporis faciẽtis feb. cordi occurrẽs ad quãtitatem totã q̃ eleuat᷑: q̃ ſ̄m ſe totã cordi nõ occurrit neqꝫ reſoluitur. Et ſi poneret᷑ ꝙ feb. inciperet a certa quãtitate: ⁊ ꝙ a minori cauſari nõ poſſet: tũc dicẽdũ ꝙ ſtatim ceſſaret febris: ſi ſuccedẽs vapor eẽt minoris quãtitat[is]. ⁊ hoc credo euenire ĩ practica: qm̄ aliqñ incipiet q̇s febrire. ⁊ paulo poſt ceſſabit febris. Ex qb᷒ apparet ꝙ in hac febre tẽpora diſtingui nõ poſſunt penes acci[dentia]. q᷑ augmaſtica eſt tota augmẽtũ. peraugmaſtica declinatio. omotena ſtat᷒. Sed penes digõnẽ materie accipiunt᷑. ¶ Et ſi q̃rat᷑ q̃re nõ datur quarta ſpẽs: q̃ ſit tota principiũ: dicẽdũ ꝙ euenit ꝑꝑ amiciciã nature ad ſanguinẽ. vñ cũ ſanguis alterat᷑ quouis modo (nam de ipſo nimiũ ſollicita) ſtatiꝫ inſurgit rectificãdo. aut digerẽdo. vñ ſtatiꝫ apparẽt ſigna digõnis: aut ꝯ̃ria ex iſta ſubita inuaſione. ⁊ iõ ſtatim venit ad alteꝝ tẽpoꝝ. Qd̄ d̄ alijs nõ ꝯtingit humorib᷒. Si q̇s vellet põt eã ponere. tñ illa a medico artifice ſenſuali nõ cõprehẽdit᷑: neqꝫ vſqꝫ mõ cõprehẽſa fuit. ¶ Et ſi q̃rit᷑ quare huic ⁊ nõ alijs febrib᷒ tales tres aſſignãt᷑ ſpecies: Dicẽdũ ꝙ inter ſanguinẽ ⁊ nãꝫ ẽ q̃dã amicabilitas: q̃ nõ ẽ cũ alijs humoribus. Scd̄o ꝙ ſanguis rõne ſuaruꝫ qualitatũ ẽ ceteris magis aptus putrere. Cũ itaqꝫ ſãguis putreſcit: ſtatiꝫ: vt dictũ ẽ: nã mouet᷑ forti conatu ad ipꝫ rectificãdũ ⁊ bonificãdũ. ⁊ iõ in tali motu aut plus reſoluit q̃ putrefiat: ⁊ ſic hẽtur peraugmaſtica: aut nõ potẽs vincere ſtat in medio: q᷑ tñ reſoluit quãtũ putreſcit. et ſic habet᷑ ſecũda omotena dicta. Qd̄ de alijs nõ ꝯtingit humorib᷒: q᷑ ipſi ab eius regimĩe facilius relinquũtur. ⁊ deficiẽte mã vel aliunde adiuta ceſſat febris. ꝯſidera. ¶ Secũdo differunt qm̄ ſinocha eſt maioris inflatõis q̃ ſinochus: ⁊ plus per ꝯ̃flamam infeſtat q̃ illa per putredinem. eſt tamẽ citioris euãtionis ⁊ ſecurior. ſinocha q̃ ſinochus. Tertio. q᷑ in ſinocha eſt peccatum in quanto. in ſinocho vero in quali ⁊ in quãto: ꝑꝑ qd̄ vt infra: huic ꝓprie debet᷑ digeſtio. ¶ Quarto. mã ſinochi magis per totum expanditur q̃ ſinoche: qm̄ qd̄ a putrido tangitur putrefit. ¶ Quinto. qm̄ ſinochus pluries facit criſiꝫ cũ euõne manifeſta: que ſ̄m plurimuꝫ eſt fluxus ſanguinis nariũ. ⁊ qñqꝫ cum eruptione emoroidarum menſtruoꝝ: vel alio modo per exitum ipſius ſanguinis. quandoqꝫ ꝑ fluxum colericum ventris: vt Auic. quandoqꝫ per ſudorem: quandoqꝫ ad variolas terminatur. quãdoqꝫ ꝑ apoſtemata inguinum. ⁊ h᷒. ⁊ hec eſt criſis bona ⁊ laudabilis: quando ſigna precedunt digeſtionis.

Differũt ſcd̄o ex ꝑte ſignoꝝ. P̄rio ex ꝑte exeũtiũ qm̄ vrina ĩ hac ẽ rubicũda vel ſubribicũda ſpiſſa cũ liuiditate ⁊ fetor᷑: ĩ ſinocha v̇o abſqꝫ liuiditate ⁊ fetore. liueſcit enim in ſinocho vrina: q᷑ per actionem caloris ignei ⁊ fortis (ꝑtibus igneis ⁊ aereis cõſum

Tres Species febris Sinochi

ptis resoluuntur in aquosas remanentes sine luciditate. Itē egestiões sūt fetide i sinocho: ⁊ a suo colore nāli magis mutate. Itē sputū ad aliqualē amaritudinē ðclinat. ⁊ hec oīa accidūt: ppea φ i sinocho ɔtinue disponit̃ sanguis ad ɔuersionē ei⁹ i colerā ƺ ptē ei⁹ subtilē: vt supra. ¶ A subaliter inberētibus. iā dictū ē in scða dña. Item eius calor ad tactū ē mordicatiuus: ⁊ cū dicit Auic. ē eq̄lis respectu aliap̄ putridap̄. sinoche vo mitis. Itē i sinocho est oris amaritudo. ¶ Ab actiõe lesa. pulsus est in sinocha ordinat⁹ in sinocho inordinat⁹ pp ṽtutē nō eē ita fortē: ⁊ sistole maior diastoles: pp necessitatē expulsiõis vapop̄ putridorū eƺ in sinocha: ⁊ pulsus ē maior i sinocha: q2 i ea est maior inflāmatio. ƺ hic ɔsidera: q2 aliqui tenēt oppositū. fundāt. n. se sup Auic. cū ingt. Et illius excesq̄ ē a putredie caliditas ⁊ accidētia sūt vehemētiora: ⁊ ita in rei ṽitate sunt vehemētiora: ⁊ ṽtutē magis terrētia. vn̄ dolor capitis intēsior. eius grauedo maior vigilia mētis alienatio. inquietudo tristitia hec multo plus q̄ in sinocha. Et p̄nr dicāt φ magnitudo in sinocho maior accidit pp ṽtutis debilitatē maiorem q̄ in inflatiua. cōsidera. Sicq3 habes φ signa demōstratiua sinoche sunt ⁊ sinochi denūciatiua. ⁊ hec tibi de signis demōstratiuis sinochi sufficiant.

¶ De signis autem demonstratiuis specierum eius. Dicendum φ ista signa in eis apparent. Uerum in augmastica in p̄n° apparet remissa. deinde cōtinue intēduntur vsq3 ad 4m vel 5m. deide fit crisis. Est. n. cōiter dies q̄rta stat⁹ ei⁹: q̄uis q̄nq̄ pueniat ad 20m vt supra passionari⁹ de sinocha. In paugmastica vero ē ecōtra. continue remittuntur. In omotena vero continue equaliter procedunt vsq3 ad statum.

Pronostica. Sicut in sinocha dictū ē: ita i sinocho tenedū φ quātū ē a p̄n° morbi vsq3 ad apparitionē digõnis: tm̄ ē a p̄ma apparitõe digestiõis vsq3 ad statū. ⁊ tu ibi. Et cōsimiliter. p̄nostica ex pte vrine i sinocha dicta hoc afferantur loco. ¶ Sinochus cōsueuit venire tpe pestis: quē aliq̄n sequūtur mala accidētia: vt difficultas anhelitus. morbili. variole erisipila. carbūculi. fluxus sanguinis nariū. ¶ Signa mala i sinocho. difficultas s̄monis cum p̄funditate somni apostema gutturis: vuee aut amigdalaru3. sincopis aut alienatio cursus lachrymarum variole liuide violacee acute: ⁊ cutim maxīe pūgētes. Item piectio egri ð loco ad locu3. iflatio ventris resonātis vt timpanū cū ptutit̃: ⁊ maxīe q̄n ex solutiõe vētris iflatio nō qescit. tūc scias φ morieť: ⁊ p̄pe si exiuerit variole virides. ¶ Si exhibito clisteri nō assellauerit patiēs pessimū ē. ⁊ mortis signū. nā ṽtutem defectā signāt. ¶ Si apparēt pustule nigre aut liuide signāt mortē. ¶ Apparitio signop̄ digestionis cita aut tarda lōgū aut breuem signāt morbum.

¶ In augmastica ē timor mortis pp debilitatē ṽtutis ⁊ multitudinē materie: q̄ paulatim iualescit ɔ nām: ⁊ raro i hac ē crisis ad bonū. ⁊ iō ē alys deterior. In paugmastica ē spes salutis pp ɔ̄rias causas. Omotena vo medio mō se h3 iter has. ¶ De permutatiõe vo dicať. φ aliq̄n permutatur ad litargiā pp plurimā ifrigidationē factā i ptibus capitis. q̄nq3 ad scirsem pp multū incēdiū ⁊ cōuersionē eius ad colerā: q̄ si apostemet faciet scirse3. q̄nq3 ad causonidē ⁊ vltra: vt de sinocha dictum est.

Canones. Et licet hec difficilioris cure sit q̄ sinocha: tn̄ q̄si ydē sūt semper seruādi canones: vt i sinocha: vt statim apparebit. vn̄ Gilbertus. In vtroq3 aūt eadē est cura variata. s. scðm magis ⁊ minus. ¶ Et icipiēdo a primo q̄ ē ordiatio diete dicēdū φ eadē est vl' similis ei q̄ i iflatiua. vn̄ debes vt ibi ɔsiderare p̄pinquitatē status ⁊ lōginquitatē: ⁊ scðm hoc regere ifirmum icipiēdo a subtili: vt ē mica panis ⁊ hᵭ. vt supra 3° caplo. ⁊ tu ibi. na3 egritudo est acuta ⁊ peracuta ⁊ vltia. vn̄ ad vltimas egritudies vltime curatiões ad pfectōe3 sūt valētes: ⁊ qb⁹ cōtinuus est status: ɔtinuo tenuiter reficere: vt supra de acutis: ⁊ tu ibi. Et declinat tota ad frigidum ⁊ humidum: vt allegato loco copiose.

¶ Pro secūdo qui est euātio. fiat flōia imediate. vtrum vsq3 ad sincopim: vt de iflatiua dicebať. Dicēdū primo φ minor quātitas sāguis putridi ducit corpus ad sincopim q̄ nō putridi. q̄n cū sinocho est ṽtus debilior. ⁊ iō nō est extrahēda tāta quātitas vt i sinocha: vt. xi. terapētice. 5° ca°. Ad qð ɔcurrit φ sanguis i sinocho non est ita aptus exitui ⁊ euacuatiõi. Itē et minorāda ē flōia i sinocho: q2 per ipsam ⁊ si fieret vsq3 ad sincopim: nō ita cito ⁊ subito posset cessare febris: q2 putredo per ipsam: ita cito. nō remoueret neq3 sanguis equareť. In sinocha aūt per ipsa3 flōiam subito aliq̄n cessat febris: q2 tollit̃ iflāmatio: vt supra de sinocha. Gal. nono terapētice. non fit putredo. ɔsidera. Et iō vt dictū est i differētys. i sinocho expectamus plures crises. nūqd si postponit̃ a principio fieri deinde debeat. cū dicat Auic. de cura putridap̄. de flōia cū postponit̃: nō ē amplius ad eā itētio. i. tāta quāta fuit a p̄ncipio. Or si comprehēditur sanguinē eē aquosu3 p admixtionē flātis aquosi. tūc fiat flōia minor. De hora aūt dicať ɔportionabiliter vt in inflatiua. ⁊ tu ibi.

¶ Fiant euacuationes lenitiue ⁊ minoratiue: vt de sinocha dicebatur: ⁊ maxime corpore ente stiptico. ¶ Digestio: q2 ɔhibitio fiat ne sanguis vlterius putrefiat: et hoc cū extinctiuis fris ⁊ siccis. vt supra q̄rto ca°. De digestiuis i cā sanguinea ⁊ colerica valētib⁹: si mā fuerit subtilis mixtiõe colere. φ si illic fuerit flegma cū sanguine peccās: q̄ res cōprehēdit̃ ispectiõe ipsi⁹ sanguis. da digestiua flegmatis moderata: pp caliditatē sanguis. De quibus allegato loco: ⁊ tu ibi. ¶ Euacuatio iterata post digestionē exhibe euātiuu3 mouēs colām aut flegma s̄m pcessionē digestiui. Et breuiter regať patiens regimine magis exiccatiuo q̄ i sinocha. vn̄ humida nō sūt hic ita cōueniētia: vt p3. Reliq̄ canones adducātur hoc loco ƺ ordinē suum: vt supra i iflatiua. Et seruando ordinē supra positum: ad clariorem doctrinam casum hic de eis in suis ponam terminis.

Casus. Uulpianus pāpiniani socius etate annoru3 triginta vel circa. ṽtute fortis: quo. s. ad vitalem aīalē ⁊ nālē. cordis paruper calidi: ⁊ nō excessiue. renum satis calidop̄. itestina i cōplexione ⁊ cōpositiõe iter mediocritatē habēs. hitudine carnosus ⁊ i spermaticis robust⁹. cōplone sanguine⁹. colore brun⁹. cū amplitudie venap̄: ⁊ eap̄ plenitudie. arte caupo: ⁊ bibulatiõib⁹ ðdit⁹. max̄ vini rubei puri. ociosa3 duces vitā. multū repletus. vētre satis lubricus. medicaminibus nō cōsuetus: ƺ bn̄ flōie quā omni anno ɔsueuit facere ð mēse may: quā nō fecit i p̄nti anno: ob iter qð fecit pedes de ciuitate pisap̄ vsq3 romā de mēse iuny. die octaua eiusdē mēsis calore aeris satis estuāte. incurrit circa. xxy. horā diei quādam lassitatē cū grauedine totius corporis: ⁊ cū quādā somni p̄funditate: i quo somniauit res rubeas videre: ⁊ tunc iuit dormitū: ⁊ satis p̄funde dormiuit vsq3 ad medium noctis. deinde expgefactus ē cum magno caumate ⁊ petyt potū: ⁊ fecit sibi dari vinū modicū limphatū: q2 non cōsueuit eū limphare. vn̄ in crastinū mane vocat⁹ Siculus nr̄: q2 nona mēsis cōprehēso ex informatõe astātium ⁊ signop̄ supra positop̄. ex pte pulsus vrine ⁊ horum φ febriret febre sinocha. Tūc imediate ordinauit clistere lenitiuū ex bliti. malua. mr̄e violap̄ ⁊ hᵭ. vt supra ð cano

nibus vl'ibus febriū putridarꝝ. deinde ꝙ fieret flōia de vena nigra: q2 nō cōprehēdit sanguinē eē multū īflāmatū ⁊ acutū. Incipiēdo curā ab ea: vt p̄cepit dn̄s Auic. Et dato ꝙ cōprehēderet multitudinē sanguis peccātis. tn̄ q2 nō timuit de suffocatiōe: pp morā nō fecit eā vsq3 ad sincopim: sed ordinauit vt extraheret̄ libra vna: q2 si timuisset: eā ad sincopim fecisset pp fortitudinē ⁊ robusticitatē: ⁊ alia q̄ in eo erāt eā tolerātia. Et fundauit se sup dictuz Auic. de cura eius. Et partitio melior est in ea si nō fuerit qđ necessariā faciat festinationē: vt ⁊ Gordonius ⁊ multi alij valētes viri docuerūt. Deinde cōprehendēs ꝙ sanguis ac totū corpus nō erāt sufficiēter infrigidata: ordinauit ꝙ post flōiaz daretur aqua ordei in quātitate vnius libre cū. ℥. iij. iulep. violati fecitq3 euz sic stare p̄ duas horas: post quas ordinauit dietā. Et q2 ex aspectione sanguis vidit nō eē cū eo multā aquā īmo ꝙ erat citrinus ⁊ intēse rubedinis: ⁊ cū ipsum in vase plano cuz virgula forti in frusta diuideret: cognouit ipsum nō esse viscosum ⁊ solide substātie. pp qđ iudicauit ipsuz esse inflāmatū ex colere admixtione. vn̄ ordinauit ad frigidū ⁊ humidū declinātē tā ex p̄te cibi q̄3 potus: vt tertio capitulo de ipsa in calida ⁊ sicca cōplexiōe valēte. etiā ꝙ p̄ tūc subtilis esset. qm̄ estimauit statuz propinquum. Itē precepit vt nō dormiret. qđ si comprehēdisset ꝙ ex ipsa flōia fuisset multū debilitatus. ipse impauide ordinasset vt dormiret: vt supra Gal'. 9°. terapētice. In. xxij. hora ad eum rediēs: inuenit etiā indicāte vrina ac pulsu ꝙ ipse adhuc erat inflāmatus: ⁊ ꝙ nō erat couenieter sanguis extinctus. vn̄ ordinauit ꝙ iterū absq3 percussione vena aperiretur: ⁊ ꝙ extraherētur. ℥. vi. sanguinis de nouo: et ita actuz est. deinde ꝙ daretur lib. 5. extinctiui dicti. deinde dieta vt supra. Ordinauit deinde qđ si sitiret daretur aqua cocta simplex cuz vino granatorū: aut aqua ordei cū iulep rosato ⁊ h9. Sequēti aūt die: q2 decima cuz ad eum veniret: inuenit eū adhuc calētē: ⁊ ipsuz aliqualiter dormiuisse: ⁊ tūc precepit vt fieret ei clistere infrigidatiuū lenitiuū. ex malua. matre violarum. bliti. nenufare. oleo violato. ⁊ sale cū modico ordei. Et cibauit euz dieta grossiori ex spinachijs ⁊ lactucis ī brodio pulli macri. Et ordinauit: q2 bibulus ⁊ nūq3 aque cōsuetus: vt daretur vinū albū pauce vinositatis ēt cū aqua veri frigoris limphatum: ⁊ sic per aliquantulum temporis post prādium quieuit ac dormiuit. Sero autem ad eum rediens. pur percepit adhuc aliquid caliditatis: ⁊ tunc ordinauit epithima cordi infrigidatiuum: ⁊ ipsum continuare per totam illam noctem: ⁊ ea nocte cum sitiret ꝙ daretur iulep ros. cum aqua acetose ⁊ endiuie: aut rosa. cuz aqua ordei. Item ordinauit in complendo tertiū ⁊ quartum canonez vt die. xi. mane in aurora daretur sir. acetosus simplex cum aqua capilorum ve. ⁊ endiuie ⁊ modico aque feniculi: ⁊ frigidum: ⁊ ꝙ continuaretur vsq3 ad tres dies: q2 vsq3 ad decimūquartū. deinde pro complendo sextum ordinauit solutiuum ex māna ⁊ reubarbaro in die decimaquinta. assumendo cum canonibus suis cū decoctione tamarindorum prunorum: ⁊ h9 in aqua endiuie: In decimasexta. autem sudauit copiose ⁊ liberat9 fuit in totum. verum post quartum diem ordinauit fricationes omni die bis. s. fieri mane et sero ante cibum. dabatq3 deinde dietam conuenientem: vt supra de acutis: ⁊ hoc ordine procedendum est: vbi esset sinochus cū canonibus suis: quos per te reuide: ⁊ hec in presentiarum sufficiant. Pro accidētibus vero recurre ad ea que de acutis ⁊c.

Capitulum duodecimuz de febribus colericis. Continens quatuor rubricas.

¶ De diuisione: causis ⁊ signis feb. colericarum in generali. Rubrica I.



Vt testatur Auic. p̄ma p̄mi de humorib9: ⁊ vt p̄posito nr̄o satisfacit. Colera diuidit̄ ī nālē: q̄ ē humor vtilis nō extraneat9: ⁊ ī nō nālē: q̄ tal' dr̄: aut pp cāz extraneā: q̄ ei admiscet̄: aut pp cāz ī se: q2 ei9 suba ē nō nālis: s3 extranea: ⁊ hec appellat̄ pura nō nālis. alia q̄ est talis p̄ admixtionē ē nō pura ⁊ nō nālis: ⁊ dr̄ colera non pura nota seu famosa: qn̄ qđ ē ei admixtū ē flegma. Or si fuerit melia dr̄ nō pura minoris fame. Ab his itaq3 coleris diuerse causant̄ febres: q2 diuersarꝝ denomiationū. nā q̄ cātur a colera pura n̄ nāli: dr̄ tertiana pura. Que v̄o a colera n̄ nāli n̄ pura dr̄ tertiana n̄ pura siue nō siue famosa: aut minor' fame vt dcm̄ ē. Or si ꝯtigat duas tales mās eē ī diuersis locis, ita ꝙ q̄lib3 moueat̄ ad cāndā febrē: ita ꝙ patiēs oī die febriat appellat̄ tertiana duplex.

¶ Et vt habeas modū loquēdi medicorꝝ: ac melius circa māz opari scias: scito ꝙ qn̄ colera nota ē p̄ admixtionē flegmatis aquosi: qđ ī eius exitu cōprehendit̄: ⁊ p̄ alia signa īfra: tūc febris dr̄ tertiana de colera citrina. Or si flegma erit grossiuz: dr̄ tertiana de colera vitellina: q̄ colori vitelli ouorū similis existit. Or si fuerit febris de colera minoris fame: q̄ est talis p̄ adustionē: tūc dicet̄ tertiana nō pura de colera adusta: ⁊ hic ingrossat̄ p̄ ipsaz adustionē: ⁊ ad nāz tēdit melie: ⁊ sic durat vltra spaciuz. xij. horarū ⁊ multū. S3 hic ē locus speculatōis de q̄ ī sequēti rubrica. Or si fuerit talis p̄ admixtionē melie: qđ comprehēdit̄: q2 calor tēdit ad rubeū nō clarū nec floriduz: tūc dicet̄ tertiana nō pura p̄ admixtionē melie. Reperiuntur autē p̄ter has spēs alie due. s. prassina siue viridis ⁊ eruginosa. Nā prassina p̄ adustionē vitelline: ⁊ eruginosa p̄ adustionē prassine generat̄: q̄ ē oib9 calidior. Et vt dic̄ de suba venenorꝝ Aui. allegato capitulo. Et iō oib9 peior ⁊ magis p̄niciosa. ¶ Iuxta q̄ ē vidēduz p̄mo si ex his duab9 spēbus febris tertiana gnāri possit. secūdo ne aliqd intactū relinquat̄: nūqd ex nāli colera nō putrescēte: vt de sanguine dicebatur: ipsa etiaz tertiana causari possit. ¶ Ad que ī paucis respōdēs pro p̄mo adduco cōciliatorē nostrū q differētia. 9i. ingt. D°. ꝙ ex colera proprie eruginosa febris: neq3 aliqua egritudinū pōt causari: s3 potius vomitu emittitur: aut mortē repētinā inducit. Et adducit textum Isaac quinto febriū sic inquientis. Prassinā īpossibile est ī epate generari: neq3 generat febrem: q2 nō tāto t̄pe in corpore permanet: vt putrefiat ⁊ febrez generet. nā eni semp̄ se coadiuuat: vt eam a corpore expellat pp eius malignitatem. Or si natura defecerit eam expellere nequiens incēditur cor: et homo moritur. Subdit itaq3. si talia de prassina accidūt quāto maiora ⁊ certiora ⁊ eruginosa eueniunt. vn̄ tertio Almāsoris. Omnes colere vidētur euacuari ⁊ egrotāte corpore viridi excepta. Post autem. Hec auctorum verba Cōciliator inquit. De colera vero prassina nō simpliciter enūciādum: qđ febris ea oino possit gigni: maxime cū nō sit cōdēsata: vt eruginosa generetur etiam: non solum in stomaco. verum vt dictum ⁊ in venis: vt alijs cōiuncta humoribus: nō sic etiā vt eruginosa nature odiosa: vt statim percepto eam expellat nocumēto: neq3 putrefactioni resistēs qđ fortasse videtur cōcedere. Auic. prima quarti inquiens ipsam fieri ex chimis subtilibus plurimum quorum est colericum vehementis subtilitatis: ⁊ profundatio male substātie venenose: cui iam accidit putredo in corporibus calide complexionis ⁊ sicce valde. Ista vero mala substātia venenosa qua profun-

datur colera ꝯ plurimũ videtur parſimonia: cuꝫ ipa di
cta ſit de genere venenoſaꝝ: ⁊ ego gdē febreꝫ iſtaꝫ vidi
in quodaꝫ iuuene complexionis ſicciſſime: ⁊ calido etiã
valde cuꝫ accidentibus etiaꝫ hꝰ: vt calore vehemẽti in
terius ſiti frigiditate extremoꝝ ſincopibus aliquãdo:
⁊ affligebat̃ ꝑ tertiũ maxīe: qui fluxu largiſſimo vẽtris
ſuperueniẽte coler̃ praſine aquoſe febris ceſſauit. Jn cu
ius ẽt fluxu ob vtutẽ laboratũ fuit ĩ reſtrictiõe. Et iſte q
deꝫ deinceps inappetibilis factus: ⁊ vix deglutiẽs: nihil
ſumẽs circa ſeptimã abinde tabefactus expirauit. No
cte aũt illa praua colera ipſius ſpũs ⁊ cor venenauerat ĩ
natos. Et qm̃ q̃ ſunt hꝰ colerarũ raro emergũt: auctores
vident̃ ſibi inuicẽ diſcordare. cũqꝫ huius artis plurima
experimẽto magis q̃ꝫ rõne capiãtur. vñ de his q̃ raro cõ
tingũt certificari nõ poſſũt. interioꝝ. vº. hec ille. Hic aũt
adducere auctoritates auctoꝝ: q̃ vidẽtur inter ſe aduer
ſari. eẽt ipſaꝫ qõnẽ decidere. qđ hic nõ intẽdo: ſꝫ ſoluꝫ te
ſtimonio Cõciliatoris nr̃i ſtare. De his ẽt aligd infra ſuo
loco ꝯſidera. De 2º aũt dicet̃ rubrica de tertiana conti
nua. ⁊ tu ibi. ¶ Juxta aũt has diuiſiones ſeqtur hec vl
tima. Febriũ colericaꝝ alia ĩterpolata: alia ꝯtinua. Inter
polatarũ aũt alia pura: alia nõ pura: vt ſupra. Et ꝯtinua
rũ alia ꝯtinua nõ ꝓportionalis: qꝛ ꝯcluſa vt cauſon. alia
cõtinua ꝓportionalis: q̃. ſ. de tertio in tertiũ excreſcẽtiaꝫ
hꝫ. ſ. manifeſtã fortificationẽ ⁊ mãifeſtã getẽ. ſ. remiſſio
nẽ: ⁊ de his oĩbus ad plenũ ſuis dicet̃ rubricis. Sꝫ tñ ꝑ
nũc tñ dicat̃: ꝙ ex his coleris. ſ. nõ puris põt ⁊ tertiana
ꝑiodica ⁊ cauſon ſiue ꝯtinua generari. Et his febribꝰ ma
xime parati ſunt q ſunt colerice cõplexionis: ⁊ in ſtatu ſi
ue in iuuẽtute: q̃ ẽ oĩum etatũ colere generatiua magis:
⁊ q regiones habitãt calidas ⁊ ſiccas: ⁊ q regimine vtun
tur colerico: ⁊ vigilias ⁊ ieiuniũ multũ ſuſtinẽt: ⁊ multuꝫ
exercitãt̃. Et multiplicãt̃ in eſtate: vt Ypo. infra. Eſtate
vͦo cauſon ⁊ febres tertiane plurime: ⁊ ĩtellige vt ſecũdo
de differẽtijs fe. qñ eſtas ſuã ſeruauerit nãm: ⁊ poſt eſta
tẽ magis accidũt in pñº autũni.

Ex his patet que ſint cauſe primitiue colerica
rũ febriũ: ⁊ ſũt aer calidus ⁊ siccꝰ.
regio talis. vſus ciboꝝ ⁊ potuũ calidoꝝ. labores ſupflui.
ſollicitudo magna. vigilia multa. tolerãtia multa ⁊ ſitis
⁊ famis ſiue ieiunij. ira furor ⁊ hꝰ. q̃ hũores habẽt ĩflam
mare: aut ĩflãmabiles generare. ¶ Cauſa antecedẽs eſt
ipſa colera q̃ putrefit ꝑꝑ ꝯculcationẽ eiꝰ: ⁊ indebitã euẽ
tationem. vnde cordi fumum putridum mãdans febrẽ
cauſat: qui putridus fumus eſt eius cauſa coniuncta:
vt ſupra ſecundo capitulo de cauſa febris dictum ẽ. pu
trefit eniꝫ colera ipſa qñqꝫ extra venas: vt ĩ carne ꝑtibꝰ
cutis: ⁊ ĩ faucibꝰ venaꝝ magnaꝝ: vt ĩfra de tertiana con
tinua: ⁊ ſic facit interpolatã vt infra. Quãdoqꝫ in venis
aut arterijs ꝑ corpus diffuſis: remotl tñ a corde: ⁊ ſic cau
ſat ꝯtinuã ꝓportionalẽ: qm̃ in venis aut arterijs partiuꝫ
vicinãtiũ cordi: vt in venis pulmonis. capſula cordis. in
ore ſtomaci: aut in venis epatis: ⁊ ſic ẽ cã ꝯtinue nõ ꝓpor
tionalis vt cauſonidis. de qbꝰ omnibus plenius infra.

Signa demõſtratiua. ¶ De ſignis dicat̃ ꝙ q̃dã ſunt
antecedẽtia: ⁊ q̃dã cõcomitãtia. Antecedẽtia
ſũt ſenſatio pũcturaꝝ ĩ corpore ⁊ dorſo: maxīe ſõni dimi
nutio. deiectio appetitus: ardor ⁊ morſio in ore ſtomaci
acuitas ꝑcepta ĩ emiſſione vrine ⁊ egeſtionũ. ⁊ aliqñ de
xtri timporis dolor: ⁊ ad illã ꝑtẽ magis mouet̃ colera.
¶ Cõcomitãtia aũt febres colericas in genere ſũt ſitis
vehemẽtia ꝑꝑ oris ſtomaci exiccationẽ. anguſtia. inquie
tudo. ĩpatiẽtia ꝑꝑ acuitatẽ ⁊ inflãmationẽ colere. virtu
tẽ vehemẽter ſtimulãtẽ. alienatio ꝑꝑ motũ coleᷓ ſurſuꝫ.
⁊ ꝑꝑ eãdẽ cãꝫ dolor capitis maxīe ĩ dextra ꝑte vt dictuꝫ
eſt. nauſea vomitus amaritudo ꝑꝑ motũ eius ad os ſtoᷓ
maci. ſiccitas lingue labioꝝ ⁊ aliaꝝ partiũ oris. ſciſſio la
biorũ. eoꝝ veſicatio ſiue vlceratio ab ipſa colera aſcẽdẽ
te ĩ labijs recepta: q̃ ſũt carnoſa ⁊ ſui acuitate ſcĩdit illa.
Et qñqꝫ accidit in eis vlceratio ⁊ ſciſſio via criſis. Et iõ
dicũt vulgares: hoc eẽ bonũ ſignũ. ſiccitas ſiue vẽtris
ſtipticitas. colera habẽte raptũ ad alia loca: qđ cũ ꝯtigit
exeũtia nõ ſunt multũ tincta. ¶ Septẽ ſunt ab Auic. po
ſita ſigna febri colerice periodice. tã pure q̃ꝫ nõ pure cõ
munia. Primũ rigor qui ĩ principio paroxiſmi incipit cũ
horripilatione: ⁊ pũctura acus ꝑꝑ expãſionem materie
acute ſuꝑ membra ſenſibilia. deinde ſequitur frigus. Et
dato ꝙ cuꝫ horripilatione eſſet frigus: tñ poſtea magis
⁊ fortius percipitur eo qđ fuit in horripilatione: reuoca
to magis calore ad interiora. Poſt hec aũt ſubſequit̃ ri
gor difficilis valde: ⁊ difficilior rigoribus aliarum putri
darum: ⁊ hoc quantum ad motum concuſſiuũ: qꝛ vt di
xit Zoar. fortem habet rigoreꝫ: qꝛ humor colericus mor
dicatiuus vadit ad mẽbra puri ſenſus. aliaꝝ aũt febriũ
materie non ſunt ita mordicatiue: ⁊ naturam tantuꝫ in
feſtantes. Et cum tali rigore percipitur caliditas ad ĩtra
propter caliditateꝫ materiei: ⁊ frigiditas ad extra priua
tiua reuocato calore ⁊c̃. Et ideo eſt cum pauco frigore. ſ.
poſitiuo: vt eſt in flegmatica aut melãcolica ratione ſue
materiei: ⁊ ſequitur eum punctura acumẽ: ⁊ in proceſſu
ſuo acuitate materie. Et dato ꝙ ſit vehemens: tamen ci
to recedit: qꝛ non eſt fortis extenſiue: propter velocẽ mo
tum colere ad extra eius ſubtilitatem que cito reſoluit̃.
Et hic quidem rigor in principio vniuerſali eſt intẽſior
q̃ꝫ in augmẽto ⁊ ſtatu: qꝛ mã colerica in principio eſt ſub
tilior: ⁊ ſic mobilior ⁊ ſic fortiorẽ cauſat rigorem. Jn pro
ceſſu vero per digeſtionem ingroſſatur. vnde in ſtatu ẽ
adhuc minus fortis. Jn flegmatica autem ⁊ ſimiliter in
tertiana non pura ⁊ in quartana eſt econuerſo: qꝛ mate
ria a principio eſt groſſior: ⁊ cruda: ⁊ tarde mota: ⁊ debi
les rigores faciens. Cum autem in proceſſu ⁊ maxime
circa ſtatum ſubtiliatur: fortiores facit rigores. Et ideo
cõmentator Alexandrinus ſuper primo epidimiarum
dixit ꝙ artiſta cognoſcens per hoc ſtatum letabatur: ⁊
ideota triſtabatur: qꝛ credebat morbum augmentari
⁊ debere prolongari. Ex quibus bene conſideratis me
dicus facile comprehendet ipſarum febrium colerica
rum tempora vniuerſalia: ⁊ tu conſidera. ¶ Secũdum
eſt: qꝛ tam pura q̃ꝫ non pura recedit cum ſudore propter
ſubtilitatem materiei que eſt apta conuerti in vaporem
⁊ aptitudinem motus eius ad cutim: ⁊ maxime contin
git quando per alias vias materia non euacuatur: vt vo
mitu ſeceſſu ⁊ hꝰ. Et vt Jſaac. hic ſudor conſueuit eſſe ĩ
principio paucus: qꝛ mã nondum eſt bñ digeſta. Jteꝫ qꝛ
calor febrilis deſiccat eam. ¶ Tertium. vrina eius ru
bea tendens ad igneam: in qua non eſt multa groſſitu
do: ⁊ hoc quando eſt ex colera pura eius mixtione: ꝙ ſi
fuerit groſſa non pura: erit vrina cruda: quia tenuis pro
pter opilationem: aut groſſa propter groſſiciem mate
riei cum ea expulſa. tamen erit cum ea rubedo inflãma
ta tendens ad albedinem propter mixtionem flegma
tis: aut ad fuſcum propter mixtionem melancolie: vt in
fra de eis in ſequentibus rubricis. ¶ Quartuꝫ. ꝙ ĩ hac
febre cum manu tangit corpus percipit ꝙ in calidita
te non fit additio: ĩmo quandoqꝫ minuitur inflãmatio:
⁊ cauſa: quia vapor eſt iam in exterioribus multiplica
tus. Jn cauſone eſt econuerſo: quoniam caliditas eſt in
interioribꝰ ⁊ multorũ vaporũ: quos manꝰ reprimere nõ
põt: ⁊ minuit̃ qñqꝫ: qꝛ ĩ dcliatõe. ¶ Quintũ. qꝛ collectio
ſignoꝝ ꝑ ꝑte dictorum: vt vigilia ſine grauitate capitis

ꝓpter acuitatē colere ſtimulātis ꝛ eius leuitatē. ſitis ſudoꝛ ira: ꝛ iā pꝫ cā eoꝝ. Sꝫ nota ꝙ aliqñ i aliq̄ nō pura erit aliqs ſomnus cū grauitate ꝑꝑ multos groſſos vapores nō multū acutos. Itē odiū locutiōis: qꝛ ſpūs ex locutione motꝰ exacuit colerā: vł qꝛ organū auditꝰ hñt ex ſiccitate febꝛis multū expurgatū. vñ ſōnꝰ ei occurrēs valde realr̄ īpꝛimit: ſic cū tāgibile occurrit neruo diſcoopto

¶ Sextū. qꝛ pulſus ē velocioꝛ reſpectu aliaruꝫ: ꝛ cā pꝫ. ꝛ eſt diuerſus ꝑꝑ debilitatē v̄tutis ab humoꝛe factā: ſed minoꝛ q̄ꝫ in alijs putridis. qm̄ humoꝛ ē minꝰ grauis ꝛ magis vniformis ī ſuo motu putredinis ꝛ expāſione caloꝛis cū duricie ꝑꝑ ſiccitatē. In alijs aūt ē diuerſitas rōne putredinis. ꝛ ipſius febꝛis etiā ꝑꝑ groſſiciē ꝛ viſcoſitatē humoꝛuꝫ magis ſuffocantium calidū: ꝛ magis diffoꝛmiter ꝓcedētiū ī putredine. ¶ Septimū. eſt ſumptū ab etate cōſuetudine cōplexione arte regione tēpoꝛe: multitudine euentus tertianarum. Et de his omnibus particularius infra.

¶ De Tertiana pura. Rica II.

Expeditis generalibus: ad particularia venio. initiū faciens a pura: q̄ ſic deſcribit̄. Febris tertiana pura ē febꝛis īterpolata a colr̄a pura ſubtili ac leni putreſcēte cauſata. cuius ē de tertio ī tertiū egrū affligere ſm̄ nāꝫ humoꝛis ꝓpꝛiāꝫ: ī ſeptē periodis ſꝫ plurimū vel añ terminata. Dicit̄ interpolata ad drīam cōtinue ꝛ cauſonidis: q̄ ꝛ ſi ꝯtingat eas fieri a colr̄a pura: vt ſecūdo de criſi: qꝛ tñ nā ꝓpꝛia humoꝛis ē ī ſuo motu interponere getē: qd̄ in ꝯtinuis nō ꝯtingit. ideo nō dicūtur pure tertiane. Dicit̄ a colera pura ad drīam tertiane note: de qua in ſequēti in rubꝛica: q̄ a colera nō pura fit. vñ hic credo ꝙ puritas colere habꝫ attēdi penes eiꝰ ſimplicitatē cū ſubtilitate ac lenitate. ita ꝙ illa colera eſt pura cui nō ē aliqd extraneū admixtū ſubtilitatē ac lenitatē habēs. Et ꝑꝑ hoc dixit Auic. de drīa inter purā ꝛ non puram. pura ē ſubtilis lenis. Ex qbꝰ infert̄ ꝙ ſi accidit aduſtio ipſi colere pure ꝑ quā ipſa ingroſſat̄: ſicut ex aduſtione ꝯtingit: ꝙ illa efficit̄ nō pura: ꝛ ē colera q̄ ē ſpēs minoris fame faciēs cū putrefit tertianā nō purā. nam ꝑ aduſtionē igroſſat̄: parſq̄ꝫ eius ad melācoliā ꝯuertit̄: ꝛ tu bñ cōſidera. Dicitur putreſcēte: qꝛ a colera nāli nō putreſcēte nō ē viſuꝫ febꝛē cōtingere. nā in ꝓcedēti capꝰ dicebat̄: ꝙ ſanguini nāli ipſo ī ſua nālitate remanēte ineſt facere febꝛē. alijs aūt humoꝛibꝰ nō: ꝛ cā reddebat̄ ibi. Et ita nullibi reperit̄ caplm̄ de tertiana ꝯcluſa de colera nō putrefacta. q̄ꝫuis Auerroys dicat ipſaꝫ poſſe ꝯtingere ꝛ cauſari. nā poſſibilitas ē res ampla: cui ſꝫ ſe nō ē ꝯ̄dictio. Aui. de qntana ſextana. Itē ipſa nūquā ſic contingeret q̄ꝫdiu ꝑmaneret: qm̄ nā nō hꝫ de ea illam curā: quā hꝫ de ſanguine. Et ſi accideret curaret̄ cura cauſonidis vel continue ꝓpoꝛtionalis: de qbꝰ ifra. vſq̄ꝫ modo nō ē ab auctoribus inuētuꝫ ipſaꝫ ad manꝰ medicoꝝ perueniſſe. Dicit̄ cuius eſt de tertio in tertiū. nā lꝫ de rōne colerice ꝛ maxime periodice ſit de tertio ī tertiū affligere. tñ non valet argumētū. hec de tertio ī tertiū affligit. ergo tertiana: qꝛ aliq̄ febꝛis cōpoſita: vt q̄ ē de duobꝰ qntanis: de tertio in tertiū affligit. Itē errat q tertianā iudicat ꝑ ipſaꝫ affligere de tertio ī tertiū ſolū: qꝛ pōt fieri cōpoſitio duaꝝ tertianarū: ꝛ erit ꝑoxiſmus oī die: vt accidit ī duplici tertiana dicta. Et iō dicebat ꝓnceps: q ergo ꝯſiderat tertianaꝫ ꝑ paroxiſmū errat in ea. īmo oꝫ vt attēdant̄ ſignificationes alie. In ſimplici v̄o nō accidet ſic erroꝛ. Dicit̄ ī ſeptē periodis: qꝛ accidit vtplurimū ꝑꝑ ſui leuitatē ac ſubtilitatē: niſi accidat erroꝛ ex ꝑte regiminis: aut alterius rei ꝑ quā ꝯtingeret ipſam ingroſſari. quo caſu trāſiret in nō purā. vñ Ypo. 4.° aphoꝛū. 59. aphoꝰ Tertiana pura ī ſeptē periodis iudicat̄ lōgiſſima: vt ſupꝛa 2° ca.° vñ Auic. Et ſimiliter pura nō addit: cū nō accidit erroꝛ ſuꝑ ſeptē periodos. vñ Gal. ī cōmē. allegato aphoꝛiſſimi inqt. Tātū fac̄ tertiana īterpolata ī vno ꝑoxiſmo: quātū tertiana ꝯtīua aut cauſon ī vno die: ſꝫ hec terminat̄ ī ſeptē diebꝰ cū ſit peracuta. ergo ꝛ illa ī ſeptē ꝑoxiſmis. Et dr̄ vł añ: qm̄ accidit ꝙ colera ad putredinē mota ſit pauca: aut multuꝫ ſubtilis: apta finiri ī vno tribꝰ vł q̄tuoꝛ ꝑoxiſmis. vnde Auic. Et aliqñ ꝯſumit̄ ꝑꝑ ſubtilitatē ſue materie ī paroxiſmo vno. Et ſubdit. ꝙ ſi addat ſupꝛa ſeptē ꝑiodos additionem plurimam: tunc non eſt de genere pure.

Et licet ex his appareat drīa īter ipſaꝫ ꝛ nō purā. tñ multe alie ponūt̄ drīe: quas ad doctrinam clarioꝛē hic ſubiūgā: ꝛ tu illas collige ex dicēdis ſignis. Nā ꝛ ſi ꝑ ſigna dicta ꝯ̄cta ad intēſionē ꝛ remiſſioneꝫ a ſe inuicē differāt. tñ vnaqueq̄ꝫ hꝫ ſigna ꝓpꝛia per que ad inuicē diſtinguūtur. ¶ Et ſequēdo oꝛdinē noſtrū. initiū faciam. Ab exeūtibus. vꝛina in pura eſt rubea clara ad igneū tēdēs: eq̄lis ſubſtātie: ꝛ aliquādo ſubtilis. Et Aui. in qua nō eſt multa groſſitudo: īmo ſupple eſt ſubtilis reſpectu aliarū interpolataꝝ: in qua conſueuit apparere nubes alba natās in ſupꝛemo: aut in medio pēdēs in pꝛimo tertio quarto quinto vel ſeptimo die. Et de his in ſignis pꝛonoſticis: ꝛ eſt foꝛtis odoꝛis ꝑꝑ acuitateꝫ colere. Egeſtiones ſunt colerice tincte crocee. Sudoꝛ eſt exuberans reſpectu veniētis in nō pura. vnde ſecūdo ē vaporoſus calidus: ſicut ſudoꝛ quē emittit homo in balneo: ꝛ eſt equalis ī toto coꝛpoꝛe: ꝛ cum tergitur apparet citrinitas ſuꝑ peciā. vomitus eſt colericus. ſputum amarū valde: ꝛ ſic de alijs exeūtibus: quoniam colere atteſtantur.

¶ A ſubſtātialiter inherētibus. Dico ꝙ ī pꝛincipio ī pura cum tāgitur eius mēbꝛū: ſtatim ꝑcipitur notabilis caliditas ꝛ moꝛdicatiua. ꝛ ī acuta magis q̄ꝫ in nō pura: ꝛ ſtatim poſt rigoꝛē ſiue frigus ſe extēdit ꝑ vniuerſuꝫ coꝛpus qd̄ velociter calefit: ꝛ eſt ſignum foꝛte: q̄ꝫuis caliditas ſit acuta: tamē tactu iudicatur vapoꝛoſa ꝛ benigna: reſpectiue tamē. ¶ A qualitate mutata: qꝛ facies oculi ꝛ hꝰ ſunt magis ad citrinitatem tendentia: ſimilr̄ lingua ꝛc.

¶ Ab actione leſa: initiū faciēs a rigoꝛe. In pura rigoꝛ .i. motus cōcuſſiuus eſt maioꝛ: ꝛ frigus minus: īmo quaſi ſine frigoꝛe: ꝛ vtrūq̄ꝫ bꝛeuius q̄ꝫ in nō pura. Eſt etiā cum maioꝛi punctura: ſiue pūcture ſunt in ea acutioꝛes. poſt quē vt dictū eſt ſubito venit caliditas intenſa totū ſtatū cōpꝛehendens. hoc enim ſignum replico: qꝛ foꝛte ē ꝛ efficax ſatis: ꝛ conſidera. Dicit Auic. Cum vides ꝓncipium cum rigoꝛe ſm̄ qd̄ determinauimus: ꝛ ſtatum cum ſudoꝛe exuberante: tunc non dubites quin ſit pura: appoſui pꝛopter efficaciam ſigni. Item ſi ſpacium rigoꝛis pꝛolongatur: ꝛ fiat additio ſuoꝛum paroxiſmoꝛuꝫ ꝛ anteceſſio. ſeruantes oꝛdinem ſm̄ pꝛopoꝛtiones ſuas: qꝛ quantum excedit pꝛimus ſcd̄m: ita ſecundus tertiuꝫ: vel qꝛ fiat additio ꝛ poſtpoſitio paroxiſmoꝛuꝫ: tunc eſt non pura: quoniam hec arguunt groſſiciem materiei ꝛ eius diffoꝛmitatem: que in pura non inuenitur. Et ideo nota bene qd̄ dictum eſt: penes quid attenditur puritas colere.

¶ A pulſu. Dicēduꝫ ꝙ in pꝛincipio occultatur: minus tamen q̄ꝫ in alijs: ꝛ in augmento eſt equalis non diuerſus foꝛtis: ꝛ cito ad magnitudinem velocitatem ac frequentiam perueniēs: ꝛ vt Goꝛdonius: ſemper remanet equalis: vel raro accidit oppoſitum: vel ſaltem eſt minoꝛis diuerſitatis. Equalitas inuaſionis ꝑoxiſmoꝝ ē d̄ ſignis nō pure: ꝛ anticipatio ſiue poſtpoſitio pure. Et nota hoc ſignū. Uigilie ſitis: ꝛ ebulitio percepta apud epar: ꝛ reliq̄ ſigna ſupꝛa poſita in de ſignis demōſtratiuis ī ꝓcedenti

rubrica sunt intēsiora q̄ȝ i tertiana nō pura. veꝝ lenitas capitis i hac ē maior. vñ Gal'. 9°. terapētice de siti loquēs dixit. ꝙ aliqñ tātā patiunẗ estuationē: vt vix loq possint ⁊ se nudos volūt i recēti aq̄ submittere. Aduenit vt dcm̄ est: hec pura in vere ⁊ estate cōplexione colerica: ⁊ in iuuentute. in viris plus. in vtente regimine calido: ⁊ sic de alys: vt de causis eius dictū ē. Itē cum omnibus his audacius significatur quando eo tempore febres tertiane pure multiplicari inueniuntur.

Positis signis sic ꝯcretis. restat ponere signa propria per que differt vna ab alia. Et primum signuȝ est ꝙ tertiana pura durat a quatuor oris vsqȝ ad. xy. vel parum plus. i. vsqȝ ad. xiiy. Nā sic se videtur exponere Auic. quarta p̄mi de cognitione tēpoꝝ morbi dicēs. Tertiane pure ꝑoxismus durat vsqȝ ad. xiiy. horas. Et Serapio. qñ ꝑiodus ē magn⁹ ⁊ purus est. xy horaꝝ: ⁊ quies. xxxvi. Et hic scito ꝙ oēs auctores cōueniūt in spacio horaꝝ. xy. a ꝑte post. a ꝑte ante vero ponit Auic. spaciū q̄tuor horaꝝ. Et hic ītelligi ꝙ q̄tuor sunt spacia q̄ cōiter inueniunẗ in tertiana pura. Primuȝ est. iiy. horaꝝ. scōm. vy. tertiū. xy. q̄rtū. xiiy. Auic. Et est ẜm plurimū ꝑueniēs ⁊ medius. q̄tuor v̄o horaꝝ ē minor ẜm plurimū. xiiy. v̄o maior īmo maxim⁹. īmo cum ab eo recedit nō dr̄ amplius pura. xy. v̄o ē termin⁹ ex longis siue ex maiorib⁹. ad quē ẜm plurimū venit: siue in quo cōsumiẗ. Et hoꝝ terminoꝝ cā male assignari pōt: sȝ stam⁹ testimonio auctoꝝ: q ꝑ experiētiā hos terminos inuenerunt. verū attribui nature humoris vt cito cōsumeẗ: qđ accidit ꝑꝑ sue sube subtilitatē aptā cite resolutiōi. vnde etiā quātitas eius facit ad lōgitudinē ⁊ breuitatē paroxismi. Et iō dico ꝙ nō īcōuenit ipsaȝ ꝓlixari vltra. xiiy. horas ꝑꝑ multitudinē ei⁹ ⁊ debilitatē v̄tutis ⁊ densitatē corporis patiētis. q̄ oīa faciūt ad ꝓlixitatē: vt pone soz. ⁊ pla. tertianarios: i q̄b⁹ peccet colera equalis q̄ntitatis. in sorte forti rare texture terminatura in horis. xiiy. ⁊ fac argumētū. adiuuāt āt ad ei⁹ ꝓlixitatē cause extrinsece: vt flatus aeris frigidi ꝓhibētis eius resolutionem ⁊. hͦ.

¶ Secundū signū ꝙ ei⁹ caliditas cito venit ad statū ⁊ nō tardaẗ: qꝛ mā ē apta cito inflāmari. ⁊ iō dixit Auic. ⁊ calefit in ea corpus velociter. ⁊ vides caliditatē ꝓcedere ex corpore: ⁊ extremitates adhuc frigidas: qꝛ citius sentitur ei⁹ caliditas in corpore ⁊ suꝑficie ei⁹ q̄ȝ ad extremitates veniat. ⁊ h̄ ē vt supra: satis efficax signū: ⁊ h̄ sic declaratū. ¶ Tertiū ꝙ si in pura daẗ aqua: tunc sentiẗ vapor humidus: deinde vt velit sudare: ⁊ qñqȝ sudat. ⁊ hoc intellige qñ daẗ in fine augumēti vel in statu: qꝛ tūc vys apertis aqua penetrat: ⁊ calefit ⁊ colerā digerit: ⁊ sic p̄para t eā ad expulsionē. vñ ad cutiȝ mota ⁊ expulsa cāt ⁊c. ¶ Quartū sūptū ab vrina. ⁊ lȝ de eo satis dictū sit: tamē de eo tm̄ dicaẗ. ꝙ in colericis corporib⁹ apparet ignea. ī frigida v̄o cū cōtingit eos tertianā pati apparet citrina. ¶ Quintū. ꝙ in septē ꝑiodis terminaẗ. qđ intellige scđȝ plurimū vt supra. ⁊ đ his terminis dicaẗ ꝓportionaliter vt de horis. Sȝ hic nota ꝙ ꝑoxismi pure addūt in fortitudīe cōiter vsqȝ ad q̄rtū: q ē status v̄lis: ⁊ hoc qñ febris durat. vy. periodis. Oꝛ si statū ante cōprehēderis: qđ maxime cognosces ex sequēti ꝑoxismo. tūc scias eius terminationē. ¶ Sextū. ꝙ pura dimittit egrū libeꝝ absqȝ sensata latitudine: aut aliquo tali nocumēto. In nō pura v̄o semꝑ antecedit vel post vel in medio aliqđ ꝑcipiẗ q̊ grauatur corpus. ¶ Differt aūt colera hec pura a colera q̄ fit ex trāsmutatiōe sanguinis in eā. qm̄ accidētia sūt mitiora in ea q̄ ē ex sanguine: cū sapiat nāȝ ei⁹. vñ caliditas ad tactū mitior vaporosior ⁊c. Unde ex his colligendo fortiora duo ab auctoribus ponunẗ. s. rigor veniens: vt dictum est. ⁊ sudor exuberās in fine. Et iō dixit Aui. Cū vides principium cū rigore ẜm ꝙ determinauimus: ⁊ statū cū sudore exuberāte. tūc nō dubites quin sit pura.

¶ Postremo scito ꝙ accidētia hec ēt varianẗ ẜm varietatē loci ipsi⁹ colere. ⁊ iō locū ei⁹ ꝑ signa ipsa inuestigab: vt si mā fuerit circa os stomaci erit dolor frōtis fortior sitis intensior. siccitas lingue. oris asperitas. amaritudo. vomit⁹. ⁊ vrina remissior ī colore: sed raro accidit ꝙ colera pura ibi putrefiat. Oꝛ si fuerit in intestinis: dolor percipieẗ in eis. egestio erit colericissima. accidit fluxus vētris. dolor frontis. ⁊ cetera remissiora erunt. Oꝛ si fuerit iuxta epar vel in chisti fellis: erit vrina multū colorata cū spuma terrea. Oꝛ si epar patieẗ: erit spissa: ⁊ calor ē acutus ꝑ totū. Oꝛ si fuerit in renibus: tunc in principio paroxismi sentiet in eorū loco dolorē. Nā semper concomitatur locuȝ passionis. ⁊ quāto erit propinquior epati aut vys eius: tanto vrina erit coloratior. Oꝛ si fuerit iuxta spūalia: sitis adest maxia: q̄ potu aque frigide nō sedatur. ⁊ est cū calore pectoris ampliori. ⁊ ita de alys locis pariformiter.

Pronostica. Cita vel tarda apparētia nubis ī vrina: vt supra arguit citā aut tardam eius terminationē. nā si apparet in primo die: non pertransit tertiā periodū: sed hoc raro euenit: sed in illa prima die erit augumētum. considera. Oꝛ si apparet in secundo non ꝑtrāsit quartum. Oꝛ si apparebit in tertio tūc eradicabitur in q̄nto vel sexto. Oꝛ si vrina fuerit vehemēter citrina: ⁊ nō apparuerit in p̄mo periodo nubes neqȝ natās neqȝ pēdēs: tūc ipsa ꝓlongabiẗ vsqȝ ad septimuȝ. De terminatione aūt eius ẜm horas ⁊ dies siue periodos dictum ē: qꝛ cū vides fortissimū ꝑoxismū ille est status. In p̄ncipio ꝑticulari consueuit venire vomitus. in fine sudor. Hec venit cum vehemētia accidētiū: vt supra de eis: sȝ non sunt ꝑiculosa. ⁊ ideo nō numeraẗ inter acutas egritudines: vt supra de acutis. Itē ex dictis habituȝ est ꝙ ẜm plurimū quartus paroxismus est status. ⁊ ideo si contingat te esse vocatū in ipso: bene cōsideres ne infamiam consequaris. quoniā si dabis sy. aut facies flōiam: ⁊ tunc suꝑueniant accidētia status fortiora prioribus: ⁊ tu de eis non fueris pronosticatus: dicēt ꝙ syrupus: aut flōia: aut clistere: aut aliquod quodcūqȝ tale: qđ administraueris fuerit causa illorum. ⁊ ideo non est negligenda pronosticatio.

Canones. Anteq̄ȝ ad eā curādā venias. scito primo ꝙ eius cura a cura tertiane nō pure ⁊ ꝯtinue nō differt nisi ẜm intēsuȝ ⁊ remissuȝ: ⁊ ẜȝ maiorē ⁊ minorem obseruationem. ita ꝙ antidota quasi eadē administrari vidētur ī cura vniuscuiusqȝ eaꝝ. Scđo ꝙ pura ipsa est ceteris saluior ac facilioris cure: qꝛ breuior primo. Secundo quia in ea plus saluatur virtus: quoniam minori tempore molestat: ⁊ pluris est quietis. Tertio: ⁊ est causa his omnibus fortior: qꝛ que conueniūt febri: conueniunt ⁊ cause ⁊ accidentibus consequentibus eam. Scito tamen ꝙ si in eius cura cadit error: aut ex parte medici. verbi gratia. dantes calida vbi debēt administare frigida: tunc conuerti poterit in aliam febrē. ⁊ erit in ea habēdus timor: qui haberetur in febre: in cuius speciē conuerteretur. Similiter in malum accidens vt in frenesi ex vsu calidorū. Consimiliter dicatur si error accidat ex parte infirmi non obseruantis debitum regimen ex parte cibi ⁊ potus ⁊ alioruȝ. Et dixit Uiaticus ꝙ aliqñ reperiẗ tertiana pura cuius mā habet furiositatem. ⁊ hec est timidior alys. nā vt dicit: colera rubea ex motu suo nō patiẗ peccare infirmū: nec errare medicum. vñ maxime cauende sunt res calide. Et iō bñ dixit

Signa demonstrativa in qua parte corporis sit putredinis materia.

Quartus parox[ismus] ẜm plurimum est status

Nota Bene

Tertiana pura e[st] c[e]t[er]is salvior et facilioris cure.

Cave ab error in ista febre

Gal'.ad Glauconē.ſi diligētiſſime mox a pͥnͦ cōgruis me
dicaminibus nō obſeruetur:euidēs in ea periculum fit.
nec facile poſtea quibuſlibet remedijs continetur.
¶ Et veniēdo ad pticulares.ſit pͥmꝰ i ordīe:vt ſupra ordi
natio diete q̄ i oībꝰ ſex rebꝰ nō nālibꝰ ad frigidū ⁊ hūidū
declinare dꝫ ex pte aeris ⁊ ceteroꝝ. Nā de refrigerādo
aerē ſupra de acutis ⁊ peſtiferis:⁊ tu ibi.nec obliuiſca
ris:qꝛ pͥmo debes eū corrigere.⁊ ibi hēs copioſe dictuꝫ.
¶ Ex pte aūt cibi ⁊ potꝰ q̄ exhibere debes ſupra 4.ͦ ca.ͦ
de dietis:⁊ tu ibi.vbi poſita ſunt q̄ ꝯferūt in diſcraſia ca
lida ⁊ ſicca.Uerū circa talia nota hos canones.Primus
ꝙ a rebꝰ īflāmabilibꝰ abſtinēdū:⁊ i qbꝰ ē acumē ⁊ pun
ctio.vñ ꝑꝑ hoc multi euitāt carnes:⁊ q̄ ex carnibꝰ confe
cta ſūt:ſꝫ i hoc ꝯſidera ꝟtutē ꝯſuetudinē:⁊ ipſas ſi oꝫ alte
res.Cōſilr ꝓhibēt vinū:de ipſo ⁊ potu ſtatiꝫ.Itēꝫ in die
acceſſionis nō des cibū aut potū i termino ꝑoxiſmi pro
pinquo:ſꝫ añ ipm ꝑ ſpaciū.v.horaꝝ adminus.⁊ ſit altera
tiuus liqdus:nō mlt'e quātitatis leuis ⁊ cite digōnis.Et
tu ꝓ ipſo canone ⁊ alijs recurre ad ea q̄ ſcripta ſūt ſupra
de canonibꝰ gnālibꝰ in cura putridaꝝ.Et hic aduerte ꝙ
cibatio i tertiana ē duplex.vna q̄ ē humectatio ſubſtāti
fica ꝑ quā reponit̄ deperditū.Et in hoc caſu ꝯueniūt ca
lida nō multū ⁊ hūida.vt teſticuli galloꝝ.vitella ouorū
extremitates pulloꝝ vel auiū paruaꝝ:⁊ hꝰ multū nutri
entia.⁊ hec ꝯueniūt in fine:vt Aui.i.in declinatione vl'i.
Et iſta dari debēt in die īterpolationis.Alia eſt cibatio ī
qua ē ītētio infrigidādi ⁊ humectādi ſimul:vt dicebat̄.
vt cū chiſt ordei.lactucis ⁊ hꝰ.Et iſta cibatio dari dꝫ in
die acceſſiōis:⁊ ēt maxīe i ſtatu vl'i.Uñ aduerte ꝙ ꝑꝑ cō
ſuetudinē ⁊ hoīuꝫ ingluuiē ſic cāones obſeruare ad vn
guē nō poſſumꝰ.Et iō eos cibos altera vt videbit̄:qñ.ſ.
dari oportebit ēt in die acceſſionis.Et vr̄ in hac ītētione
Auic.laudare melonē indum.inqt.Melon vͦo indus eſt
res maximi iuuamēti:⁊ cū hoc qđ ipſe ſoluit prouocat ⁊
frāgit vehementiā caloris:⁊ fac̄ ſudare.Et ſubdit ꝙ for
taſſe nō nocet parū.i.multū:ꝑꝑ aptitudinem ꝯuerſionis
eius ad putredinē.⁊ hoc dixit vt medicū attētū reddat.
ꝙ ſi viderit eū aptū putrere:aut timuerit ꝑꝑ diſpōnē pa
tientis:vel qꝛ nulla p̄ceſſit mundificatio.tūc caueat ab
eiꝰ datiōe.Qꝛ ſi illa nō timuerit:det ipꝫ ꝑꝑ iuuamēta di
cta eiꝰ.vl' al'r nō noceret parū.ſ.ſūptū:qꝛ eiꝰ pauca quāti
tas nō poterit multū nocere ⁊ multa facere iuuamenta.
ſed de his ſupra ī cāonibꝰ gnālibꝰ putridaꝝ.⁊ tu ibi.Et
qꝛ tertiana pura ē de febribꝰ multe īflāmatiōis:⁊ eiꝰ pu
tredo eſt multū extenſa.ideo ſecurius dātur fructꝰ ī ea.
¶ De potu aūt dicat̄ pͥmo ꝙ aq̄ ordei ē potꝰ ꝯueniētiſſi
mus:⁊ maxīe pluries decoctiōis vſq; ad crepaturā inclu
ſiue.verū ſi i ſtomaco patiētis acetoſat̄ aut cibꝰ i eo non
det̄:ſꝫ ſimplex aq̄ cocta adminiſtret̄.Itē nō det̄ vinum
purū:ſꝫ aq̄ ꝑmixtū plurima cōmixtiōe.vñ Aui.vinū.n.
fractū ꝑ cōmixtionē ꝯfert q̄ꝫtitatis reſidui eiꝰ ī reſoluē
do illud cuiꝰ neceſſaria ē reſolutio.⁊ ſuccurrit aque pene
trāti cū fortitudīe ſua.i.cū forti q̄litate ſua.ſ.frigiditate
infrīdādo:quā fac̄ penetrare vinū ex forma ſpecifica ſua
⁊ ꝑmixtione eiꝰ:qđ ē in ipſo de calefactōe pauca:q̄ eſt ex
vino.Et nō qꝛ dic̄ pauca.quā exponūt qdā vt aque ad vi
nū ſit ꝓportio q̄drupla.ſꝫ hoc oꝫ moderare medicuꝫ:qꝛ
neq; in oībꝰ hominibus aut vino hoc obſeruari pōt ꝑꝑ
potētiā vini variā ⁊ hoīuꝫ ꝯſuetudinē ⁊c̄.Et hoc vr̄ ma
gis ꝯuenire poſt pͥncipiū.vñ Gal'.ad glauconē.vinū ante
q̄ꝫ digerat̄ egritudo oīno ꝓhibēdū.incipiēte āt digeri te
nue ⁊ aquoſuꝫ ⁊ modicū in pͥmis dare.Hic āt oꝫ attēde
re virtutē cōſuetudinē ⁊c̄.Quidā cōſentiētibꝰ cōditioni
bus in exhibitiōe aque frigide:de qbꝰ ſupra de cura pu
tridaꝝ in gnāli.dāt aquā frigidā in magna quātitate.de
inde cooperiūt infirmū:⁊ expectāt ex illo criſiꝫ cōpletā
in eiꝰ tertiane pure eradicatiōe.Et iā meo tp̄e hoc fecit
medicus qdā i ciuitate mea ⁊ ſucceſſit.Et ē hic modus
cure i ptibꝰ orīētis multū ac multū obſeruatus.⁊ de hoc
ſupra allegato nūc loco:⁊ tu ibi.verū huic mō cure videt̄
aduerſari.Auic.qꝛ.ſ.nō ſemp fieri dꝫ:inquit.Et nō vlti
mes infridatiōeꝫ multū:⁊ ꝓp̄e in pͥnͦ:niſi inuenias īflā
mationē vehemētē:aut timeas ꝯuerſionē eiꝰ ad cauſoni
dē ⁊ ꝯtinuā.Nā in pͥnͦ ex multa infrigidatiōe incrudat̄
mā ⁊ ꝓlongat̄ morbꝰ:⁊ extinguit̄ calor.Uerū ipſa ente
digeſta:ſtāte vehemētia caloris ſecuriꝰ dari poterit.Sꝫ
pro his oībus recurre ad canones gnāles ſupra de cura
putridaꝝ i gnāli. ¶ Poſtremo aduerte ad dietā reſpe
ctu tēpoꝝ vniuerſaliuꝫ:vt ſupra de acutis.⁊ tu ibi.Qꝛ ſi
ſtatuſerit propinquꝰ:ſubtiliorē dabis q̄ꝫ ſi remotus fue
rit.In declinatiōe āt groſſior ꝯuenit:⁊ humectās ſubſtā
tifice vt dictum eſt:⁊ magis q̄ꝫ qualitatiua.⁊ tu ꝯſidera.
¶ De motu ⁊ qete dicendū:ꝙ qes ꝯuenit ⁊ trāquillitas:
⁊ fricatiōes ante cibū.Uitet ergo motū ⁊ eo moderate
vtatur tp̄e quietis febris.Cōuenit ſōnus aliquātulū plꝰ
ſolito:⁊ maxime i colerico. ¶ Nō ſe repleat:oī die hēat
ventris lenitionem ⁊ beneficiū nā aut arte:vt dicet̄ ſta
tim.Euitet coytū ⁊ animi accidētia:q̄ eū ſūt apta īflāma
re:vt ira furor ⁊ hꝰ.ſit eniꝫ letꝰ ac animo trāquillus.
¶ Secūdus eſt vētris lenitio.vñ Auic.Et tu non auſcul
tes ſermonē:qꝛ Raſis decimo Almāſoris.q ꝯcedit ī pͥnͦ
ſolutiua fortia:vt ſcamoneā mirabolāos ⁊ hꝰ.niſi ꝑ illđ
qđ diximus.i.niſi coacte.Idē cū timueris furioſitatem
materie:ex pte aut quātitatis eius aut q̄litatis:qꝛ dubi
taretur de trāſitu eius in cauſonidē:aut timeres futurū
apa:vt in cerebro freneſim ⁊ hꝰ.imo oꝫ vt properes ī pͥ
mis ⁊ lenias lenitate q̄dā cū eis q̄ diximus.ſ.ſupra de cu
ra putridarum in gnāli.⁊ tu ibi.cum māna.ſ.⁊ caſſia ta
marindis prunis.ſyrupo viol'.ſucco granatorū.Et tu cō
poſitiones ibi habes.⁊ tu tuo modo compone.Qꝛ ſi per
os dare poteris hoc lenitiuuꝫ melius:erit.ſ.in his q apte
eum recipiūt.Qꝛ ſi nō:recurre ad cliſteria lenitiua poſi
ta allegato loco:vbi habes copiā lenitiuoꝝ ſimplicium
⁊ cōpoſitoꝝ.Cum ergo ad infirmuꝫ venis:ſollicita ven
tris lenitionem:vnde Auic.Rectum eſt nāq; vt in potu
detur:ſicut ſorbitio ordei:neq; ei ſimile.neq; cibi niſi nā
iam ſit lenificata.Hāc āt lenificationem cum adfuerit
neceſſitas flobotomie ne tardetur:fac cum cliſteri:vt ſu
pra allegato loco.Qꝛ ſi non:adminiſtrabis potionē.In
qbus tātuꝫ caſibus competit flobotomia in tertiana pu
ra.Primus quādo talis eſt in iuuene plectorico ſangui
neo.Secundus quādo comprehenditur ꝙ colera ē ſan
guini admixta vt dictū ē de canonibꝰ vniuerſalibus fe
bris putride:in q̄ timetur ebulitio ſāguinis:et conuerſio
eius in colerā.Tertius qñ comprehēdit̄ inflāmatio ma
gna in ſanguine ipo:⁊ timetur cōuerſio eiꝰ ad colerā.Et
hic nota ꝙ ſi flōia fit et nō cōpetat:periculū eſt ne inter
polata veniat in cōtinuā.qm̄ ꝑ flōiaꝫ euātis venis mate
rie ad ex̄ trahunt̄ ad intra.Itē qꝛ ipſa hūores ſubtiliat:
et ipſos in potu ponit:vt 4.ͣ pͥmi de ea.Iō timēdo ex ea
inflāmationē maiorē:non p̄ſumptuoſe:ſed magna cū cō
ſideratiōe fieri hꝫ.ꝑꝑea ī febribus magne inflāmatiōis
prohibet̄.ideo bene cōſidera anteq̄ꝫ eā faciēdā venias.
¶ Sꝫ q̄res ſi ꝯtingat me vocari poſt tres ꝑoxiſmos:et
videā flobotomiā adhuc competere:debeo eā ne facer̄:
Dicendum ꝙ ſic:licet directius in principio magis com
petebat.ſtat tñ ꝙ in proceſſu poſſit magis competere:vt
poſito ꝙ in proceſſu colera cōmiſceat̄ ſanguini q̄ in prin
cipio non erat cōmixta. ¶ Et qꝛ lenitio ventris aſpicit
materias cōmunes,ideo ſub ipſa cōprehēdamus vomi

In oi febre interpolata cõuenit vomitus i principio paroxismi

tũ. vnde si videris mãm redundare aliquo mõ ad superiora: itroducas vomitũ leuiter factuz. vñ Gordonius. In oi febre iterpolata ꝯpetit vomitus in ꝓncipio paroxismi: qm̃ per ipm alleuiatur tot⁹ paroxismus: spãliter si fuerit spontaneus: vel a medico facil'r ꝓuocatus. nã per ipsum sic euacuatur mã antecedẽs si minera est i stomaco aut mã apta in añtez trãsire. Et ideo eũ hortat̃ Auic. de cura quartane vt ifra. Et certe vtile est ꝙ in ꝓncipio rigoris ꝓuocet̃: moderate tamẽ: sicut cũ ꝓuocat̃ sudor in declinatiõe. Et videmus ad experiẽtiã. ꝙ si sic ꝓuocat̃ post cõsũmationẽ paroxismi ifirmus minus se grauatũ iuenit: vt testatur Gal. in ꝯmẽto illius. Ubicũq; cõtinue rigores fiũt. ¶ Et si dicat̃ Auicẽ. dicit. Et oportet vt nõ moueas in die paroxismi nisi ꝑpter necessitatẽ. ergo a fortiori in hora paroxismi. Dicẽdũ ꝙ itelligit̃ motu forti agitatiõis: vt cum forti farmaco aut quõlibet aliter: per quẽ humores agitent̃. Et iõ etiã dictum est: moderate tamẽ ⁊ leuiter factuz.

¶ Tertius canon est digestio. ⁊ hic canõ regulariter debet precedere quartũ sequentẽ: qui est euacuatio. Dico regulariter: qm̃ coacte mã ente furiosa: quartus dz precedere tertiũ. Cũ qbus aũt digeratur colera ipsa pura: habes simplicia ⁊ composita supra 5°. cap°. ⁊ tu ibi. ⁊ cõpone itẽsiora aut remissiora ⁊ gustui gratiora: vt exigit dispositio: ac patiens ipse. vñ vt sepe dictũ est. oz de nouo oĩ die ꝯponere. Et hic scito ꝙ digerẽtia hec mãm respiciunt ⁊ putredinez: ⁊ maxime acetosa. vnde q̃plures nõ recedũt ab acetoso simplici ac oxiçachara: ⁊ huiusmodi acetosis: ⁊ nõ laudãt syr. vel iulep violatũ: vt Gilbertus. Item scito vt supra in ꝑcedenti caplo. ꝙ sicut mã variatur ex ꝑte sue sube: ita oz digestiua variare. vt ꝟbi grã. qꝛ mã erit in ꝓncipio subtilis: acetosum simplicem: deĩde igrossabitur: euacuato subtili dabis oximel simplex: ⁊ ita de alys.

¶ Quartus ẽ euacuatio. Cũ qbus etiã euacuet̃ habes allegato loco. Sz hic nota ꝙ vt potes euita scamoneã ẽt multum refractã: sed vtere mirabol'. reubarbaro: cassia: aloe: ⁊ huiusmodi mitioribus. nã ipa ꝑpter sui cal'itatẽ ⁊ sil'ia etiã ꝑpter venenositatẽ vitãda est: vt Auerroys 3°. colliget. Et nõ moueas cũ medicinis attractiuis: sic̃ est scamonea. Secundo ꝙ fiat in die quietis cã pz. Tertio ꝙ exhibitis digestiuis qnq; vel sex diebus si cõprehẽdis signa digõnis manifeste ex vrina sedimine eius: etiã futurã crisim ex motu materiei ad supiora ꝑ vomitũ aut fluxuz sanguis narium: aut per iferiora: qꝛ per secessum: aut per fluxũ vrine: aut ꝑ viam sudoris: tũc si cõplete operabit̃: dimitte exhibere solutiuũ: nec cuz aliquo modo administres. Or si diminutaz comprehẽdes crisim adiuua nãm per viã suã. ꝙ si natura in hoc tẽpore non se mouit: da solutiuũ ex positis. 5. caplo. ꝭm ꝙ exigit dispositio ⁊ patiẽtis cõditio. vidimus eni plures tales tertianas sudore solo terminari. Itẽ varia solutiua proportionabiliter vt de digestiuis dictũ est: quoniã variatur ꝯtinue substãtia ex parte grossiciei substãtialitatis. vñ in processu cõpetit fortius: cõsidera. ⁊ dare poteris cuz aqua frigida timẽdo iflãmationẽ. sed regularius est ea dare cuz aqua calida. Qõ qdam exponũt in aqua frida potẽtia: sz actu cal'a. Tertio sollicita ad ventris subductionem cũ clisteribus iterim. ¶ Sub hoc aũt canone comprehendant̃ euõnes facte per ꝓuocationẽ vrine ⁊ sudoris. de quibus multa dicta sunt supra, de canonibus vniuersalib⁹ febriuz putridarũ. ⁊ tu oĩno ibi. vnde facta euõne tali administrabis semia cõia frida maiora: qꝛ scilicet eaꝝ emulsionẽ cũ aqua ordei: ⁊ h9. ¶ Et simil'r ꝓuoca sudorẽ cũ aqua ordei cal'a valde: vt tolerare põt cuz pauco vini vinosi. he aũt euõnes ꝯplent euacuare remanentes reliqas ex ꝓma euõne. Syrupus sancti Ambrosy faciens sudare mirabil'r ⁊ sitim extinguit. ℞. mily excorticati q̃titatẽ cõuenientẽ: ⁊ fac eum decoqui vsq; ad eius aperturã: deĩde ℞. ʒ. v. vel circa ei⁹ brody bulientis: ⁊ ifunde vini albi odoriferi. ʒ. y. ⁊ sic cal'in da patiẽti: ⁊ bene eum deĩde cooperias. sudabit mirabil'r curabat sic mediolanẽses: ⁊ adhuc eo vtuntur.

¶ Quintus est ifrigidatio que fit per administrata intus ⁊ extra. Et ad itra dari debẽt ifrigidãtia ꝭm mensurã ⁊ gradum caloris febrilis. vnde cõiter: vt Auerroys sufficit aq̃ ordei cũ iulep etiaz violato: eo: vt dicit: qꝛ colere ẽ vt nãlis nõ multe iflãmatiõis. Sz hic nota ꝙ aliqñ: vt dicit Haly. Tanta est iflãmatio. ꝙ opz ꝑus attendere ifrigidationi q̃z euacuationi: ⁊ hoc cura coacta. Et iõ dicebat Auic. Et non vltimes in ifrigidatiõe. s. in ꝓncipio: nisi iuenias iflãmationẽ. vt supra in ꝓmo canone. Cõueniũt aũt post paroxismũ detur sy. acetosus simplex. aqua ordei ⁊ h9. Item sy. acetosus cũ aqua simplici cocta. Item aqua ipsa cuz vino granatoꝝ. ⁊ h9. vt de extinctiuis actuz supra de febre pestilẽtiali ⁊ de acutis. ⁊ tu fabrica. De aqua vero frida dicendũ ꝙ nõ est sic tutuz apud nos eam administrare: sz in partibus orientis tutius dari dz: ⁊ de ipsius exhibitiõe copiose satis supra in canonibus gnãlibus: ⁊ tu ibi. Hũc etiã canonẽ cõplent ea que cõplent tertiũ. Itẽ administrent̃ cõfectiones fride ⁊ h9. de quibus de pestilẽtia. ¶ Ad extra autẽ valẽt epithimata epati facta applicataq; stomaco vacuo super ipsuz morã cõuenientẽ trahẽtia vt ex sandal'. aqua rof. endi. ⁊ h9. pecia linea in eis infusa: ⁊ pro his supra de febre pestilentiali. Auic. aũt ponit pedes in aq̃ frida ad alterandũ siue remouẽdũ residuũ caloris: sz nõ est in vsu tñ bonũ est. Or qdã exponũt in aqua frida potẽtia sz actu cal'a.

¶ Sextus est correctio accidẽtiũ pro complemẽto hui⁹ recurre ad ea que de correctiõe accidẽtiũ dicta sunt de cura acutaꝝ. ¶ Dicitur ꝙ. ʒ. i. radic̃. gẽtiane bibita cũ vino ante paroxismum tollit illuz. Sil'r succus ypericon. empl'z factuz ex fuligine sale apio aquatico sup volas manuũ ⁊ plãtas pedũ positũ ante accessionẽ per tres horas. tollit illaz ista sunt magis emperica: qbus nõ gaudeo. Sz qꝛ a Nicolo iueni apposui. ¶ Postremo nota ꝙ pro oib⁹ que dicta sunt ad eoꝝ ꝯplemẽtũ recurre ad cap. de canonibus gnãlibus supra. Et ideo bñ dixit Auic. in ꝓncipio de cura eius. Dz vt rememores illud qõ diximus tibi de radicibus in curatione febrium de solutione vẽtris: ⁊ de cibo: et in oib⁹ capitulis: ⁊ fabrica ⁊ super illud cõsidera. Simplicia iã dicta in caplo de sanguineis: ⁊ abundantius supra. 5°ca. ⁊ ea que dicentur de pestilentia sunt in hoc casu cõuenientissima: ⁊ tu ibi. Ex quibus compone: ⁊ aquas fac sublimatas. ex compositis ibi habes vsualia. ¶ Sz ex magistralibus. ℞. florũ boraginis buglosse rof. ru. añ. M. 5. violaꝝ lactuce papaueris albi: endi. scariole. añ. M. i. seminuz endiuie lactuc. añ. ʒ. 5. seminũ. iiy. fridoꝝ. añ. ʒ. vi. decoquantur. de qua decoctione. ℞. lib. i. çuccari. ʒ. iy. aceti. ʒ. y. vini granatorum. ʒ. i. fiat syr. Or si volueris facere longũ dabis de eo ʒ. iiy. loco digestiui. Si breuis fuerit siue debite coctus da ʒ. y. cum aqua endiuie. ʒ. iy. vel. Recipe syrupi acetosi simplicis. ʒ. i. oxiçach. ʒ. 5. aque endiu. ʒ. y. ace. ʒ. i. ⁊ sic de alys.

¶ Solutiua etiã habes allegatis locis: sz hic. ℞. cassie extracte cũ aqua endiuie vel absinthy. ʒ. i. vel diaprunis Nicolai. ʒ. i. reubarb. electi. ʒ. y. spice vel squinãti. gr. v. misce.

¶ Olea. vnguẽta cerotaria ꝯfectiões ⁊ alia talia require allegatis locis. verũ diarodon abatis est hoc casu cõueniẽtissimuz. de quo dabis idifferenter oĩ hora cuz aqua ordei Ex herbis ⁊ simplicib⁹ positis fabrica aquas sublimatas de quibus aliquando dabis loco syrup. nam oportet te variare sepe medicinas non variando intẽtionez: ⁊ maxime quãdo egritudo est longa: ne ex multa assuefactiõe nimis tantam natura non patiatur. Et in hoc caplo nota Auicẽ. qꝛ videtur laudare scamoneã in solutiuo exhibendo quã

Sy sancti Ambrosij faciens sudare

do scz eo idigemus:ꝛ tamen fuit orietalis.ergo multo mi-
nus timere debemus eā nos qui sumus occidētales: ꝛ mi-
nus septentrionales:ꝛ ideo electuarium de succo rof. Ni-
colai.ꝛ Mesue cum aliquo lenitiuo exhibitum: vt cuz cas-
sia ꝛ manna tamarindis ꝛ huiusmodi.est conueniens me-
dicina.ꝛ tu considera.

¶ Et ex expertis in cura huius est succ⁹ corrigiole tepidus
bibitus ante paroxismum per horam.dof.ʒ.v.prohibet.n.
paroxismuz in ea euenire:idem operatur succus vue acer-
be si nouez mane sic bibatur.idem succus cicoree.ꝛ tu hec
cōfice cum çuccaro vel iulep aliquo:vel hos succos cū aqs
suis fac iulepiçare:ꝛ da.hoc enim verum est:ꝙ si dantur.ʒ.
iiy.vini granatoꝝ muçorum vel acetosoruz cuz.ʒ.y.aque
endiuie ꝑ duas horas ante accessionem paroxismi: ꝙ ipm
tollit aut minuit:ꝛ maxime si cōtinuaᷓ aliquibus diebus.
Tu tamē in hoc cōsidera stomaci dispositionez:ꝛ da deide
sequēti die euacuatiuum ex pillulis ꝛ alys vt materia re-
tenta euacuetur:ꝛ fui expertus ꝛ successit.

Casus. Quia frequēter multi tertianary beneficio na-
ture curantur ꝑpter quod ɔtingit multos aut
presbyteros:aut ideotas credere se illos curasse cuz nebu-
lis ostys amigdalis tribus:in quibus quedā cōscribūt ver-
ba ꝛ signacl'a. Ideo cū facilis sit cura sic de ea leuiter per-
transiui remittēs te pro siti ꝛ alioruz talium accidentium
cura ad capitulum de radicibus:vt supra vbi ꝛ casum iue-
nies tibi optime seruientem in cura hac:ꝛ ideo ad illud ca
pitulum omnino te transferas ꝛ ad capituluz de acutis:qꝛ
pro magna parte regimen videtur idem. ¶ Et hic scito ꝙ
ꝛ si Auicēna de balneo aque dulcis faciat mentionem.ta-
men qꝛ nō est in vsu apud nos:nec est ita tutuz administra
re:nisi post euacuationes digestiōes: ꝛ huiusmodi:in qbus
cadit etiam deceptio.ideo de ipso nihil.

¶ De tertiana nō pura q̄ a ml'tis nota nūcupaᷓ. R͞ca. III.

Iam ex ꝑcedēti rubrica manifesta sunt no-
mina ipsa.Colera pura:nō pura no
ta:famosa ac mioris fame: vitellina prassina ac
eruginosa:ꝛ sic de alys.vnde iuxta illa scito.Qꝺ
omnis tertiana que est a colera alia a pura dici-
tur tertiana nō pura:sꝫ dicitur nota siue famosa que est a
colera vitellina vel citrina eo ꝙ ista est tertiana que quasi
sempꝫ reperitur ac hoibus venit maxime in partibus nr̄is.
nam rarissime venit tertiana pura:quia raro accidit corru
ptio in humore vno solo.ꝑ regiminis acutoꝝ.cōmēto.zo°.
Item ꝑpter iordinatuz hoium regimē multum flegma in
corporibus multiplicatur.qꝺ colere ɔmixtū vitellinā cau-
sat siue citrinaz ꝛ ab his cōmuniter tertiana causatur. Fit
ꝛ tertiana nō pura a colera:que ī se adustionē recipit. sicqꝫ
ad nām cōuertitur melācolicaz:ꝛ igrossatur: ꝛ a natura pu
re colere recedit:vt in precedēti rubrica. Ingrossatur scđo
per admixtionem melie ab extra ipsi colere aduenientis.
vnde hec duo membra coleram causant minoris fame: vt
in precedēti rubrica.ꝛ ab ista raro accidit tertiana: qꝛ ipsa
etiam rarissime cōtingit ꝑpter qꝺ dicta est minoris fame.
Et cā sui rari euētus est qꝛ in corpore nō tm̄ multiplicatur
de mel'ia:vt de flegmate.Secūdo qꝛ nō ita bene cōmisce-
tur.mel'ia cum colera sic̄ flegma cum ipsa:ꝛ Auicē.de ipsa
ac cura eius nō fecit capl'm. ¶ Sꝫ mō est videndum si ex
flegmate adueniēte colere:ex cuius aduētu causatur vitel
lina fit humor vnus vere:qꝛ ꝑ formā vnā. Quia ingt Aui.
Et fit nō pura cum putredine colere grosse substantie pro-
pter cōmixtionē colere cum flegmate aliqua cōmixtione
vnita:ꝛ subdit.ꝛ hanc fecit materia vna. Respōdetur pro
nūc. Qꝛ ad vnam formam venit.colera in vigore vincēte
dato ꝙ in massa subdominetur flegma. Sed quid dicēdū
si hi humores mouentur ad putredinē equaliter dominā-
tibus saluatis suis formis . vt quā febrē facerēt quomodo
periodicaret:an de tertio in tertium.an oī die:locus est spe
culatiōis:que nō prosequor.cōsidera.

¶ Febris tertiana nō pura dicta nota siue famosa ē febris
īterpolata:ꝛ vtplurimuz lōga a colera nō pura ꝛ putrescen
te proueniēs:cuius est egrum de tertio in tertium affl ige-
re ꝭm naturam ipsius humoris vincentis ꝑpriaz.Dicitur
nota vt dictū est hic ꝛ in precedēti rubrica.dicitᷓ interpola
ta:vt in precedēti rubrica.ꝛ hic vt supra de sinoca . Attēde
ꝙ sicut non incōuenit nām que est extra venas: facere cō
tinuam:ita nō inconuenit que est ad intra facere interpo-
latā:ꝛ ideo in descriptōe nō additur vt aliqui de mā extra
venas.cōsidera.Dicitur vtplurimum lōga:quoniam vt su
pra nono capitulo.viscositas ꝛ grossicies faciūt ad prolon-
gationem egritudinis.vnde Auicēna loquens de non pu-
ra per commixtionem flegmatis grossi inquit. Et hec qui-
dem nō pura quādoqꝫ prolōgatur tempore lōgo:ꝛ circiter
medietatem anni.vnde vidi aliquaz durare quattuor mē
sibus:maxime tempore autumni.Et ego habui vnā q̄ du-
rauit ꝑcise cētū diebus: ꝛ vtplurimū durat vsqꝫ ad.xl.vel
lx.dies:ꝛ accidit hec diuersitas ex pte substātie . materie.
ṽtutis. habitudinis corporis.ꝛ huiusmodi. Qꝛ si arguitur
ergo prolixior ē q̄ꝫ flegmatica pura.ɔcedatur.Et si arguiᷓ.
colera digerit flegma siue partem grossam ꝛ viscosam.ꝛ e-
conuerso pars frigida ꝛ humida digerit coleraz. ergo pro-
pter hec iuuamenta citius deberet terminari. Dicendum
ꝙ flegma adueniens colere ipsam infrigidat ꝛ humectat:
sed ratione huius non digerit eam digestiōe que est prepa
ratio ad expulsionem:cum reddat ipsam grossam ꝛ visco-
sam.Similiter colera ꝛ si calefaciat flegma ꝛ subtiliet.ta-
men totum redditur virtuti magis disproportionatuz.vn
de virt⁹ minus terretur ex occursu solius flegmatis aut so
lius colere:quoniā vtrunqꝫ tale nō est ita virtuti horriduz
ꝛ disproportionatum sicut hoc aggregatuz. Item calor co-
lere nō videtur iuuare sed impedire nām cuz ipsa eo non
vtatur in digerēdo sicut vtitur calore nāli ī digerēdo fleg-
ma peccās.nā calor colere sic putrefacte nām magis impe
dit q̄ꝫ iuuat.ꝛ tu hec ɔsidera.quia locus est lōge ac magne
speculationis.dicitur putrescente:quia nō putrescente fie-
ri nō cōtingit.Cetera ṽo vt in descriptiōe pure.ꝛ tu ibi.

De causis eius pꝫ qđ dicēdū ex habitis in ꝑn°rubri
ce ꝑᶜ.vbi sunt posite ꝑmitiue ꝛ añtes feb.
col'icaꝝ.vñ multiplicātia colerā ꝛ flegma:ꝛ in humoribus
grossiciē aut ꝑ admixtiōez aut ꝑ adustiōez sūt cā ꝑmitiua.
Talia aūt sunt cal'a ꝛ sicca vehemēter:ꝛ frīda ꝛ hūida ve-
hemētia.de qb⁹ habes plene.supra.3°ca°.de dietis.ꝛ tu ibi.

Signa demonstratiua eius que est a colera vitellina:
seruando ordinem vt supra.

¶ A subal'r iherētib⁹. Nā in ꝑn° sui euētus cal'itas non ꝑci-
piᷓ ita mordax:sꝫ magis mitis q̄ꝫ in pura.

¶ Ab exeūtib⁹. Uria ī hac ē subtilis siue tenuis:ꝛ maxīe in
ꝑn° ꝑꝑ opil'onē.aliqñ grossa ꝑꝑ grossiciē māei cū ea expul-
se:ꝛ maxīe cū apparēt digōnis signa:ꝛ erit cū rubedine in-
flammata declinante ad albedinem propter flegma com
mixtum vel ad citrinitatem vel subcitrinitatem. Decli-
uis erit cum mediocritate substantie. que diuersitas con-
tingit propter diuersitatem commixtionis flegmatis cuz
colera:ꝛ tardantur in ea apparere digestionis signa. Auicē
na.Egestiones autez viscose grosse cuz citrinitate vel sub-
citrinitate:et quanto vrina erit magis citrina tanto erunt
minus citrine ad subalbedinem declinantes. Uomitus
est notus ex colera que vitellis ouorum similatur. Que
vt Ysaac quinto febrium:magis reperitur in stomaco:licꝫ
eius generatio sit plurimum in epate. Auicen. Item si acci
dit sudor non est copiosus:vt in pura:imo aliquādo nō ac-

cidit ꝓpter m̄ae grossiciē. Oꝛ si accidit sudoꝛ post ipsuz nō remanet mūdus vt in pura: ⁊ hoc quia materia grossa adhuc detinetur.

¶ A qualitate mutata. facies non est ita citrina: vt in pura. nec ita extenuata ꝓpter remissionez caloris eius nō ita resoluentis. Ab actiōe lesa: Initiū faciēs a rigore: in hac non est rigoꝛ ita fortis accipiēdo rigorem pro motu cōcussiuo: sed est bene plus durās. hec est extēsiue maioꝛ: sed itēsiue minoꝛ ꝗ in pura. Item est cum pauca hoꝛripilatiōe: ⁊ punctura propter grossiciez humoris ⁊ remissionem acuitatis eius: sed frigus est bene maius ⁊ extensiuius ꝗ in pura. Et quādoqꝫ contingit. Oꝛ in ꝓncipio aduētus eius nō accidit rigoꝛ: sed typus quidam vt ꝓfundatio pulsus ⁊ eius iequalitas cuz quadā leui percepta frigiditate: ⁊ hoc quādo materia ē grossa: ⁊ tarde ac debiliter mouetur. vn̄ sic vt supra de rigore nō accidet rigoꝛ neqꝫ hoꝛripilatio: ⁊ quādoqꝫ neqꝫ frigus: et h̄ ego pluries vidi: deīde post veniēte augmēto caliditas tarde expāditur et lēte ⁊ nō vniformiter vt in tertiana pura ꝓpter materiei difformitatē: immo cum aliquādo mota est caliditas ad extra tepescit: deīde propter nouā m̄am motam suffocātem: ⁊ sic in eius expāsiōe accidit diuersitas: ⁊ sic augmētum est iequale. Item accidētia in hac sunt remissioꝛa ꝗ in pura. vt sitis vigilie doloꝛ capitis. ⁊ huiusmodi: de quibus ī de pura excepta grauitate capitis que est maioꝛ in hac ꝓpter grossiciē ⁊ grauitatez materie maiorez ꝗ in pura. Item sicut est in pura paroxismorum antecessio siue additio ꝯm ordinem: vt supra propter vniformitatem materiei: ita ꝓpter eius difformitatem in hac accidit iequalitas antecessiōis ⁊ additiōis. vn̄ aliquando anticipat paroxism⁹ ⁊ aliquādo postponit: ⁊ nō ꝯm ordinez. Et paroxismus prolōgatur multuz super horā duodecimā. ⁊ ꝯm maiorem aut minorem prolōgatiōez eius a termino pure. dicitur magꝭ aut minus pura. ita ꝙ impuritas pro parte habet attēdi penes elōgationem eius a pura. Dicitur pro parte: quia etiam penes aliud: vt dictuz est. nam nō icōuenit imaginari aliquā impuram in. x. horis terminari. ⁊ tu cōsidera. ¶ Pulsus est in hac iequalis ⁊ diuersus ⁊ minus velox ⁊ frequens. vn̄ est sistoles in eo maioꝛ dyastole: cuius ꝯtrariū est in pura: neqꝫ est ita magnus. ¶ De terminatiōe eius dicatur. ꝑmo quo ad ipsam totaz. Qꝺ terminus cōmunis ē dies quadragesimus vsqꝫ ad sexagesimuz ⁊ maximus est sex mēsium. Cōtingit tamē ipsaz terminari posse ifra hos ⁊ an̄: vt patet ītelligēti ⁊ in experiētia ī dies videtur. ¶ De duratiōe eius quo ad paroxismos dicatur. Oꝛ ꝯsueuit durare vsqꝫ ad. xviij. horas. quādoqꝫ ad. xxiiij. quandoqꝫ protenditur ad. xxx. quandoqꝫ ad quadraginta octo. vt Gal. vigesimo. de differētijs febrium: ⁊ hoc voluit Auicē. dum dixit. aut. xxx. vsqꝫ ad horam suam. idest aduētum secūdi paroxismi: qui icipit in. xlviij. hora. ista īdigent etiā speculatiōe. cōsidera. Et ad eius noticiā maxime facit regimē ꝑteritū. etas. ꝯ. ꝯsuetudo cadēdi in hac. ars: ⁊ h9. de q̄bus sepe. que oīa diligēter cōsidera.

Signa eius que est ex colera citrina sunt itēsioꝛa his q̄ ex vitellina. vn̄ in ea adest doloꝛ capitis acut⁹ ꝑcipue in parte dextra ⁊ amaritudo oris ⁊ sitis ⁊ fastidiuz ⁊ moꝛsus oris stomaci: ⁊ doloꝛ lumboꝝ. vrina citrina itensa tenuis siue mediocris: magis tamē accedēs ad tenuitatez ⁊ egestiōes ⁊ vomitus sunt citrine aquose: ⁊ rigoꝛ acutioꝛ ⁊ breuioꝛ ꝗ in ea que est ex vitellina.

¶ Pronostica. Si ī tertiana nō pura accidētia ex parte pulsus sitis vigiliarum ⁊ huiusmodi erunt intensioꝛa ꝗ rationabiliter deberēt esse proculdubio eorum est significatio mala. ¶ Et quādo nō pura multum prolōgatur perducit egrum ad molliciez: idest ad paralisim flegmate eliquato. ⁊ ad neruos fluxo: vel ad molliciez: quia ad idropez asclitem vel yposarcaz. vel ad cacessiaz propter nocumētuz epati cōtingēs ex eius prolōgatiōe. Item producit ad splenis magnitudinez: quoniaz in tāta prolōgatiōe fit humorum adustio ⁊ cōuersio ad melācoliaz: que deīde ad suū mouetur receptaculum. Itez vt dictū est: nō cōsueuit dimittere egruz liberum: sed semꝑ cū aliquali lesione alicuius actionis. Itē attēde ad cōsiderādū quātuz signa apparentia distāt a signis vere tertiane: ⁊ ꝯz hoc ꝓnosticabis de lōga aut breuioꝛi eius terminatiōe: vt verbi gratia. Si rigoꝛ fuerit paruus pūctio parua: sed frigus lōgum: ⁊ paroxismus durauit. xxviij. horis vel circa: ⁊ ꝙ nll's adfuit sudoꝛ vel paucus. vrina nō multuz ignea: neqꝫ egestiōes ⁊ ꝙ sunt multū viscose. vomitus viscosus. tempus frigidū. etas. habitudo flegmatica. regimē preterituz flegmaticū. ⁊ huiusmodi ꝓnosticabis febrē nō puram aptam lōgo tēpore durare: contraria vero minoꝛi. Et hec īuadit iter horam colere ⁊ flegmatis. nam hora colere est hora tertiarū. ⁊ hora flegmatis est hora. xxij. vel circa solis occasum.

Signa demōstratiua. Eius que ex adustione colere in se existit sunt parū remissioꝛa his que sunt tertiane pure. veruz paroxismus extēditur vltra. xij. horas licet nō multum: ⁊ hoc ꝯm plurimū. Item durat plusqꝫ. vij. period. ⁊ pulsus est in hac durus: ⁊ vrīa magis tenuis ad fuscedinē declinās ⁊ sentitur caliditas circa epar vt in pura. Itē in ꝓncipio est rigoꝛ satis fortis ⁊ est aliquādo cuz furore: vt ifirmus irascatur: īmo quasi efficitur vt maniacus: ⁊ est sitis satis itēsa: ⁊ lingua obfusca. Itē regimē precedens hoc tibi declarat: qꝛ vsus est regimine cal'o apto iflāmari: vt vino potēti pipere alleo cepis porris: ⁊ ꝙ patiēs est colericus adustus epatis cal'i: ⁊ ita de alijs: qꝛ tp̄s cal'm regio cal'a ⁊ sicca. vomitus egestiōes colice aduste. Itez si flobotomiā facies tibi n̄am humoris declarabit.

¶ Pronostica. Cū hec febris habeat maiorē appropinquatione ad puram ceteris nō puris ꝓnosticari poteris eaz citius terminaturā: ⁊ quo ad horas paroxismi: ⁊ quo ad dies siue periodos. 2°. ꝙ nisi debite curetur in quartanam transiet. Caue itaqꝫ ne erraueris: qm̄ aliqn̄ ex errore transit in cōtinuā: ⁊ moriꝫ patiēs tuo errore: de quo ⁊ alijs deo altissimo rōnez reddes. cōsidera itaqꝫ mi Raineri.

Signa demōstratiua. Ei⁹ que est per admixtionē melācolie. Quia est cum pauco rigore ⁊ pūctura: ſꝫ cum maioꝛi frigore: ⁊ est rigoꝛ prolixus cū quadaz leui dētium cōmotione ⁊ ossium cōfractione vt in quartana: ⁊ nō accidit cuz rixa aut ira. sed cum quadaz timiditate vel pusilanimitate: ⁊ ꝙ accidit magis circa horā melācolie: que est hora post meridiē: ⁊ pulsus est in hac magis durus. Itē vrina magis tenuis ⁊ minus tincta ad fuscū declinās. ⁊ similis multuz febribus erraticis: ⁊ eius paroxismus durat alijs parib⁹ plus ceteris. vnde venit cōmuniter anteqꝫ dimittat ad horas. xxiiij. Item vt supra regimen multuz facit ad eius noticiā: vt qꝛ vsus fuit cibarijs melancolie multiplicatiuis. vt caulibus leguminibus carnibus bouinis salitis: ⁊ huiusmodi. Egestiones vomitus. ⁊ huiusmodi naturam humoris declarant. ⁊ tu cōsidera.

¶ Pronostica. Ut dictum est tertiane cōmuniter faciliter curantur aut saltem sunt salubres si erroꝛ in earū cura nō accidat. Oꝛ si sic accidit periculum mortis quandoqꝫ vt in precedenti dictum est. ¶ Dicitur ꝙ breuioꝛ ex non puris est que ex colera fit adusta in se. secūdo que ē talis per admixtionez melācolie est lōgioꝛ. tertio q̄ ꝑ admixtionē flegmatis aquosi ⁊ est colera citrina adhuc longioꝛ. 4° q̄ est ex vitellina: ⁊ de hac dixit Auic. ꝙ durat circiter medietatez āni. ⁊ sic hn̄tur q̄ttuoꝛ gradus durabilitatis seu ꝓlixitatis eius. hic est locus speculatiōis: qꝛ melia videꝛ virtuti magis rebellis ꝗ flegma. cōsidera.

Signa demonstratiua prassine aut eruginose. Inquit. Zoar ille qui patietur tertianā ex colera prassina aut eruginosa habebit accidētia magna ⁊ fraudulēta. ⁊ vix poterit patiēs euadere ab ea: ⁊ si euadit diu permanebit eger: ⁊ accidit infirmo hora paroxismoꝝ molestia sitis alienatio. ⁊ supponit se molestis q̄onibꝰ: ⁊ ĩpedieť eiꝰ sõnꝰ: ⁊ fiũt eiꝰ paroxismi diuturni ⁊ terminus egritudinis. Pulsus variꝰ difficilis ⁊ variꝰ ⁊ praue alteratiõis: ⁊ multotiens ꝓuenit finis huiꝰ egritudinis ad magnũ ꝑiculũ: ⁊ pauci sũt ꝗ ab ea euadũt: ⁊ si euaserint ẽ h' post magnũ studiũ ⁊ egritudinis ꝓlongationez: ⁊ possibile est eũ ꝑmanere: et praua accñtia lõgo tẽpore sustinebit: ⁊ multotiens fit vrina ad nigredinẽ declinãs ad viriditatẽ: ⁊ possibile est sic eẽ ypostasim. ⁊ quãdo ypostasis sola fuerit nigra: ⁊ in ꝓfundo mersa mortem in paroxismo significat: ⁊ maxime si v̾tus sit deuicta. Si v̾o fuerit suspẽsa mortẽ longinquã oñdit ƀm distãtiã ipsius a fundo vasis. dixit Gilbertus vrina in colore rubea vel subrubea ⁊ substãtia ꝑ totũ tenuis cũ circulo viridi vel subnigro significat abundãtiã colere prassine ⁊ eruginose. Ad hũc locũ signa adducas ꝯciliatoris posita in p̄ncipio capl'i: ⁊ tũc sufficiet tibi tantũ sic dixisse de ipsis quãtum ad demonstratiua ⁊ pronostica: cum in alys non inuenerim de ipsis diffuse cõscriptum.

Canones Accedẽs ad curam earũ nõ purarũ eũ de ipsis obseruabo ordinẽ in earũ cura: quez obseruaui in signoꝝ suoꝝ positiõe. Incipiã itaqꝫ p̄mo a cura eius q̄ ex col'a fit vitellina. Ponẽdo septẽ canones. Primus ordinatio diete. Scd̄s minoratio mãerũ cõiuz ⁊ propriarũ. Tertiꝰ digestio. Quartꝰ euacuatio reiterata. Quintus mẽbroꝝ ꝯfortatio. Sextꝰ patiẽtis in actuali afflictiõe gubernatio. Septimus accñtiũ correctio. ¶ Et ante eoꝝ complemẽtũ scito ꝙ tertiana nota in cura eius cõuenit in gnãli cũ tertiana pura q̄tuz ad ĩtentiões sex positas supra de cura eius. Scd̄o ꝙ licz ita sit: tamẽ vt Gal'. in terapẽ. ad glauconẽ. ⁊ Auic. p̄ᵃ q̄rti. de cura eiꝰ in multis sp̄alibus differt cura vniꝰ ab alia vt apparebit. Et ꝓ ꝯplẽdo hos canones. Primũ ꝙ debes cõsiderare sup̱ q̄ te stabilite debes vt sagittator ad signuz est appropinquitas aut elõgatio eiꝰ a pura: ⁊ iõ dicebat Auic. Et opz vt cõsidereť ꝓpinquitas nõ pure ad purã: ⁊ elõgatio eiꝰ ab ea: ⁊ ƀm illud diuersificetur iter curã eiꝰ ⁊ curã nõ pure. Or si erit nõ longinq̄ pure. tũc diuersifica iter eas diuersificatiõe parua. nã in nõ pura sunt grossicies viscositas mãe que ĩdigent calefactione subtiliatiõe ĩcisiõe q̄bus vti nõ debemus in pura. Et iõ dicebat Auic. in p̄nᵒ capl'i. de cura non pure. Res in q̄bus diuersificať cura tertiane nõ pure: sunt res q̄bus cõicant febres frĩde de licẽtia scd̄a ⁊ cõsueuit h' modus loquẽdi apd̄ nõnullos obscurius esse. ꝓpter ꝙ scito sequendo Gẽtilẽ. vt in p̄ncipio operis ꝓmisiuz est. Or licentia idem q̄d indicatio. vt. i4ᵃ tertij. de cura apatum cal'oꝝ epatis. vnde in febre qualibꝫ duplex insurgit ĩdicatio siue licẽtia. p̄ma que est ad febrez vt febris est. Scd̄a que est ad cãm siue mãm febris. rõne p̄me in omni febre competunt frigida ⁊ humida. iuxta ill'd senis nostri. Humide diete omnibus febricitantibus cõferunt. Rõne scd̄e diuersificať ĩdicatio siue ĩtentio ƀm diuersitatẽ mãei. Febres itaqꝫ de mã frĩda dicte de licentia scd̄a cõicant in hoc ⁊ maxime flegmatice ꝙ ꝓ rectificatione sue cãe siue mãe ĩdigent calefactiuis subtiliatiuis aut ĩcisiuis: ⁊ in his diuersificatur cura eius a cura pure. vñ credo ꝙ q2 absolute eadẽ est ĩtẽtio in colericis vt sic ⁊ maxime puris ad febrẽ ⁊ cãm febris: Ideo tales dicunť habere ĩdicationẽ vnã tm̄: s3 q2 frigide vt flegmatice ⁊ melãcolice dicunť habere duas: quaruz vna alteri ꝯriať vt que est ad febrẽ ⁊ causaz eius: hinc noĩantur de ĩdicatione scd̄a: q2 necc̃io habẽt illã siue de licẽtia scd̄a: ⁊ tu bñ cõsidera. Aliter exponi potest. res q̄bus cõicant febres frĩde de licẽtia scd̄a. s. cũ frĩdis de licẽtia p̄ma. febres. n. de pura mã frã dicunť de licẽtia p̄ma. que aũt ex mixta d̄ scd̄a. modo hec cõmunicãt in his rebus que est calefactio subtiliatio ĩcisio: ⁊ hꝰ. licet in gradu diuersificenť per quas diuersificatur a pura: q2 in cura pure non ĩdigemus calidis: nec mireris si in hoc prolixus fui: q2 hic passus a multis laniatur tanq̄ꝫ difficilis. ¶ Scd̄o venias ad cõplemẽtũ canonũ iam dictoꝝ: ⁊ ꝓ p̄mo dicatur initiũ faciẽs a cura tertiane nõ pure ex colera vitellina ꝓuenientis. ꝙ dieta in ea debz ordinari ad ꝯrium cause: ⁊ cũ causa sit cõposita: licet sit ad vnã formã deducta. vt supra. tamẽ dieta dz habere respectũ ad colerã ⁊ flegma: ita tamen ꝙ sicut colera vincit in vigore: ita et frĩditas in cibis ⁊ alys sex nõ nãlibus vincat in vigore: maxime si fiat ciboꝝ diuersoꝝ aut aliarũ reruz adinuicẽ cõmixtio. declinet itaqꝫ dicta ad frĩdũ cuz colera domineť. vt supra. 2ᵒ. euitenť stiptica ⁊ grossa. 3ᵒ. q̄d ista frigida sint remissiora taz ex parte aeris q̄ꝫ alioꝝ: q̄ꝫ in tertiana pura. excellẽs. n. frĩditas opil'onẽ induceret. Quarto ꝙ si ad humidũ declinare debeat sit pauce humiditatis. naz frĩda ⁊ sicca hoc casu ẽt cõueniũt: ⁊ maxime cũ hec ĩcisiua vt acetosa. Quinto ꝙ in p̄ncipio debet eẽ grossior q̄ꝫ in pura nisi adesset multa repletio: quo casu oportz in p̄ncipio ⁊ in ꝓcessu subtiliare: s3 plus in ꝓcessu. 6ᵒ. ꝙ hec ĩgrossatio ⁊ subtiliatio fiat ƀm ꝓpinquitatẽ ⁊ remotionẽ maiorez aut minorẽ a pura. Itez attẽdãtur accidẽtia paroxismoꝝ prolongatio: ⁊ ita alias cõditiones ĩducentes cibationẽ citius aut tardiꝰ grossius aut subtiliꝰ fieri. 7ᵒ. attẽde ꝙ q2 in tertiana nõ pura paroxismus durat quasi per diẽ. hinc si virtus tolerabit ⁊ cõsuetudo nõ eẽt in totũ ad oppositũ possit ĩfirmus trãsire accipiẽdo vna die. s. in qua nõ est febris cibum: ⁊ in die in qua est febris absqꝫ cibo: vt v̾tꝰ a digõne ꝑ cibum nõ ĩpediatur sed oportet vt prudẽtia medici canonice gubernetur: ⁊ cõsideret bene v̾tutis tenorẽ. verũ consuetudo est in talibus subtiliare dietã magis q̄ꝫ in pura ꝓpter ꝓlixitatem paroxismi. ⁊ tu bene ꝯsidera: q2 hic est locus speculationis. Nã sicut q̄ꝫtitate discreta dz esse minor in nõ pura: s3 cõtinua dz esse maior. cõsidera. Et hic aduerte quia cuz dicit Auic. in p̄ncipio nõ pure cibatio debet eẽ spissior: idest in p̄ncipio vniuersali eius: quo sc3 ad quantitatem continuam: ⁊ subdit. post p̄ncipiuz sc3 vniuersale ꝓcedatur gradatim ad subtiliationem fortem sicut est subtiliatio pure. Ita vt in statu vtriusqꝫ subtiliatio sit fere eq̄lis. dicit fere: quia in pura debet eẽ subtilior. Octauo ꝙ licet dictum sit ꝙ dieta declinare debeat ad frigidum: nihilominus cum cibis suis commisceri debent que aliquid habeant caliditatis ⁊ abstersionis: ⁊ ideo in cibis confert ponere cicer ysopuz: ⁊ huiusmodi. Et est canõ Auic. ⁊ Gal'. in terapent. ad Glauconem. Inquit. habeat aliquid calidi. ⁊ q̄d ĩcidere possit. 9ᵒ. ꝙ audaciores esse debemus in exhibitione carniuz in hac q̄ꝫ in pura de quibus in pura. S3 attende consuetudinem virtutis: sermones astantium ⁊ ĩfamiam ⁊c̃. Modera te in omnibus his. 10ᵒ. ꝙ euitentur que dure sunt digõnis: q2 virtutem debilitãt et causa sunt multiplicatiõis flãtis: ⁊ sic augetur materia morbi.

¶ De potu. Dicatur p̄mo de aqua ordei: ꝙ in pura conuenit simplex: in non pura debet dari decocta cum radice feniculi aut aniso: aut pipere modico: ⁊ huiusmodi cal'is aperitiuis subtiliatiuis: immo aliquando: vt dicit Auic. Ea indigemus adhuc fortiori: ⁊ ponimus origanuz calamentũ: ⁊ huiusmodi ad buliendum cum ea. coletur: vt eorum non remaneat substantia. verum oportet vt consideretur materia peccans: quantum ad eius grossiciem viscositatẽ maiorem vel minorem: ⁊ sic de alys.

¶ De vino. Dicatur ꝙ vt haly. vinum dari non debet ante

apparitionē signoꝝ digestiōis: ⁊ cum datur administratur post assumptū cibū per vnā horā. hic mos nō ē ꝯsuet⁹ apud nos. vinum enī cōpetit albū paruū etiā limphatū: ⁊ magis in die quietis q̄ȝ in die īterpolatiōis attēta ꝯsuetudine ⁊c.

¶ De motu ⁊ quiete dicēduȝ ꝙ motus magis ꝯuenit q̄ȝ in pura. Et qꝛ fricatiōes tenēt locū exercitų dicēdū ꝙ ꝯueniunt ante cibi assumptiōem lōgiores ⁊ fortiores quā in pura. vt post paroxismi recessium vel declinationem.

¶ De balneo dicēdum ꝙ nullo modo ꝯpetit ante digestionem materie: ⁊ eius euacuationē siue eradicationē qꝛ solū in declinatiōe: sed hec nō ꝓsequor: qꝛ vt in de pura non est in vsu: ⁊ nō sine periculo ponūtur febriētes in balneis: opȝ enim medicum talē esse multū expertū. neqȝ de te sic facile cofidas. ¶ De somno dicēdū ꝙ qꝛ maior ē ītētio in resoluenda materiā. hic somnus nō sit multus. sed modereť secūdum cōplexionē etatē ⁊ cōsuetudineȝ. ⁊ sit minor solito. Euitēt diurnū oīo. neqȝ dormiat statim assumpto cibo. cōsidera cōditiones dictas. ¶ De inanitiōe dicať. habeat ventris beneficiū bis in die si potest vel saltē semel arte vł natura. Sed multū in hac laudātur clisteria vt in complemento secūdi: ⁊ quarti canonis. Item euitet coytuȝ repletioneȝ: ⁊ causa patet. Animi accidētia euitet immoderata. ira tamē ⁊ huiusmodi minus verētur q̄ȝ in pura.

¶ Pro cōplemēto scđi dicať ꝙ vomitus factus in pricipio euētus paroxismi maxime materia īclināte ad superiora maximi est iuuamēti. Auic. qꝛ materiā antecedētem euacuat ⁊ minorat paroxismū vt patȝ: qđ si fiet post assumptū cibū. ⁊ maxime in die paroxismi etiā nō existēte īclinatione ad eū ante aduētū eius per tēpus notabile quia per horas quīqȝ. ⁊ maxime si faciliter fiet erit etiā maximi iuuamenti. nā in stomacho multa inhabitat flātis. ⁊ viscositatū quātitas: ⁊ in ipso scđȝ plurimū reperitur colera vitellina vt supra in pricipio capituli. Et ideo sic minorabuntur materie cōmunes: ⁊ proprie: ⁊ hoc est vt exstimo qđ voluit Serap. dum īquit in cura tertiane nō pure administretur semꝑ vomitus: idest in oī specie huius siue. s. materia propria inclinetur siue nō. ⁊ ita modera faciēdo ipsuȝ alternis diebus vel paucioribus vt videbitur tibi extolerātia ei⁹ ab īfirmo. ¶ Fit ⁊ minoratio cū medicinis exhibitis per os leuibus materiam ipsaȝ respiciētibus. de quibus supra. 5°. ca°. ⁊ tu ibi. Iteȝ cū clisterib⁹. vnde Aui. Et clisteria ī pricipio sunt mihi magis dilecta q̄ȝ solutiua alia. Et hec debent eē satis fortia ⁊ acuta respectu illoꝝ que administrātur in pura. ⁊ hec propter grossitiem et viscositatem colere vitelline ⁊ flegmatū que in talibus reperiūtur corporibus magis. vnde ponimus in his blitim minorem mercurialē cartamū turbit agaricuȝ ⁊ huiusmodi miscēdo cū lenitiuis de quibus ī radicibus vniuersalibus. ⁊ tu ibi. Nota tamē vt īfra ꝙ ista clisteria nō debēt esse ita acuta ꝙ materias trahāt a remotis ⁊ ipsas agitēt. Nā sic admiscerentur cruda cū digestis: ⁊ fit additio ī mā ⁊ augmētať morb⁹. ⁊ ideo fortassis dicit Auic. rodor turbith.

periodicationem:⁊ aliquando motuȝ alterius est simili- ter faciēs:⁊ sic accidit paroxismos variari:⁊ erraticas feb. fieri ꝗ qb⁹ fe. dicit Auic. allegato ca⁹. De ꝓpetate harꝫ feb. est vt stēt i suo fine fm ordinē vnū.i. ꝙ i ꝓcessu pducat ad febrē ꝗuartanē ordinē vnū:⁊ plurimū illi⁹ ē supra ꝗrtanā ⁊ iā testificati sum⁹ eā qntanā. vcꝫ ipsa pducit ad ꝗrta- nā. qm̄ i hūoribꝫ ē exuberatio:⁊ i hūiditatib⁹.s. mēbrali- b⁹ multitudo:qꝛ.s. ad hoc nō sit fcā multa ꝯsūptio. nā si n̄ erit magna cōpō:poterit ex illis generari melia:q̄ poterit ꝗuare suū piodū:qꝛ de ꝗrto i ꝗrtū affligere. ꝙ si erit pau citas i eis:⁊ ex illis generabit̄ melia:ipsa rōne paucitatis nō mouebit ꝺ ꝗrto i ꝗrtū:ſꝫ tardabit motū suū:⁊ sic vbi deberet cāri ꝗrtana fiet qntana. In sūma itaqꝫ cuȝ fiat hoꝝ humoꝝ adiuicē ꝯtrio fit ipsi⁹ feb. ꝓlōgatio ad quā ꝓlōgationē fit a calore ꝑter nālī adustio i hūorib⁹ ipsis ac ptiuȝ suaꝝ subtiliū resolutio remanētib⁹ grossis icine ratis:⁊ ad nāȝ melie ꝯuersis. q̄re i ꝗrtanā ꝯuertit̄. ad qđ ꝯcurrit ꝙ humor melicus tardi⁹ resoluit̄ ceteris. ⁊ iō in lōgo ꝓcessu fe. alios dr̄ vincere:qꝛ posteri⁹ remanet for- tius resistēs:vn̄ postea fit i tota massa dispō vna ⁊ vnifor mis:qꝛ ad naturā melie tēdēs:⁊ breuiter pp cāȝ assigna- tā feb. erratice sequit̄ fe. ꝓlixas. ⁋ Tēpus aūt his feb. ꝓportionatū ē finis estatis veniēs ad autūnū:⁊ etas est finis ꝯsistētie v̄sus pn̄m senectutis pme. pp q̄ dixit Ypoc. allegato loco. Certi⁹ āt circa autūnuȝ:⁊ pcipue his q. 35. annos pterierunt. Accidit ⁊ q̄nqꝫ inordinatio paroxismoꝝ qn̄ aliqđ apā ē i mēbro a corde multū remoto:pp qđ iordinate ꝯtinuat̄ eleuatio vaporis putridi ab eo ad cor. cō sidera. Et fuit mod⁹ Almāsō. de ipsis etiam feb. erranti- bus locutus est dominus Ypo. tertio aphor. aphorismo. .23. ⁊ tu supra in aphorismis.

Signa demōstratiua habētur ex ipsa notificatōe. ve rū aliq addūt ex pte vrīe:⁊ alioꝝ signa:q̄ sūt signa melie ꝺ qb⁹ supra de ꝗrtana. aly ponūt ꝓ magno signo ꝙ i die bis vl' ter infirmū molestāt:ſꝫ nō diu morā tur:i tali molestatōe:⁊ h̄nt deinde iteruallū sanitatis ma nifeste:⁊ diē aliquē ptrāseūt sine typo ⁊ cū sanitate:⁊ vt plurimū sunt sine typo magno. ꝙ si ab apāte euenerint: declarabit illud aggregatio signoꝝ apātis:vt si in reni bus dolor inferi⁹ sub dorso:⁊ lesio opationis eorum.

Canones. Ordinatio diete dīgō euō. caloris pter nāȝ remissio ne hūores itegre adurāt̄. Pro pmo ordinet̄ ad ꝯriū cāe:vt sepe supra. Pro 2° ag grega digestiua diuersa ſꝫ diuersitatē materieꝝ:vt vbi grā. si i massa fuerit flegma ⁊ melia:qđ ē ſꝫ plurimū. da bis oximel simplex vel acetosuȝ simplicē cū aq̄ zuccara ta:aut fumiterre vl' decoctiōis epithimi. ⁊ hꝫ. Sꝫ hic ad uerte ⁊ ꝓ euātiuis. ꝙ i casu n̄ro:maior ꝺꝫ eē itētio ad hu morē melicū. ꝓportionabiliter dic ꝺ euātiuis:vt da dia scene cuȝ turbit vl' cassiā:cuȝ mirabol'indis:aut cū fumo terre:⁊ hꝫ. Pro vltio ꝓcede cū extinctiuis humidis. nō tn̄ fortib⁹:vt cū aq̄ ordei ⁊ iulep viol. ⁊ hꝫ. de qb⁹ de acu tis:⁊ supra qnto ca⁹. Itē ad hoc max̄ adiuuat flōia:si vir tus ꝯsentiūt. pterea q̄ scripta sunt ꝺ cura ꝯpositaꝝ su pra:hoc adducat̄ loco:qm̄ sūt iuuatiua multū. imo ⁊ ne cessaria:⁊ tu ibi:⁊ i sūma max⁹ ps cure h⁹. vt. io. ꝯtinētis. est corp⁹ sepe purgare cū purgātib⁹ meliaȝ:⁊ administra re subtiliātia sine calefactōe:vt ꝗ. acetosuȝ simplicē ppa ratuȝ cuȝ epithimo:⁊ hꝫ. Postremo nota ꝙ subtiliantia fortia:⁊ similiter aperitiua fortia non competunt in pn̄ cipio. Quare caue eo tempore ab oximelle composito:⁊ hꝫ. Et ideo in cura eorum tempora distingue:vt de alys putridis dictum est:⁊ maxime de radicibus vniuersali- bus:⁊ tu ibi omnino:⁊ hec de erraticis.

⁋ De febre apostematum. Rubrica VII.



Ebris apātū ē febris accn̄s ad ipa apā ta extrīseca vl' intrīseca q̄ ē effi mera putrida vl' ethica:⁊ dr̄ fe. accidēs:qm̄ apā ē ipsi⁹ feb. cā. vt pma ꝗrti p ca⁹. ⁋ Sꝫ di ces. aliqn̄ accit apā curari:⁊ tn̄ fe. remāet. ꝗ nō ē accidēs ei⁹. ⁋ Dicēdū ꝙ si curato apā te:vt i pleuresi remanet fe. illa fe. nō fuit accidens illius apostematis:sed est fe. de putredine humoꝝ q forte h̄ fuerūt ab apāte tāqꝫ a cā pmitia putrefacti:vl' dr̄ ꝙ aliqn̄ i apāte:vt i pleuresi apparēt cessatio doloris ac pūctiōis siue grauitatꝫ:pp resolutōēs magne ptis materie apān tis:⁊ iudicat̄ ex his ꝙ apā sit resolutū ⁊ male:⁊ tn̄ rema net febris:q.s. a mā remāsit ex ipo apāte ꝓcedit:vt i an xio pleuretico pmo aphoꝝ. cōmēto. xv. dr̄ q̄ ē effimera. pp qđ nota ꝙ apāta itrīseca raro faciūt effimerā:⁊ cā qm̄ i eis repiūt̄ ꝗtuor ꝯditōes fortes ad ipāȝ putridā cādā. Pria multitudo materie:q̄ i re sufficit ꝯtinuare suā eua porationē q̄usqꝫ ad cor pueniat. dato ꝙ i via de ipsis va porib⁹ multū resoluat̄. ad qđ ꝯcurrit caliditas itrinseca fortior q̄ꝫ extrinseca faciēs ipāȝ māȝ multū euaporatio nē suā ꝯtinuare. Scđa ē ꝓpingtas magna ad cor. Tertia est latitudo viaꝝ p q̄s hi vapores ad cor ipꝫ deferūt̄. nā cū materie apātuȝ itrinsecoꝝ i venis sint:⁊ iuxta venas magnas. hic liberi⁹ ad cor penetrāt. Quarta ē:qꝛ i itrin secis nō repit̄ obstaculū ꝓhibēs trāsituȝ vapoꝝ ad cor: vt i extrinsecis. ⁊ pp oppositas ꝯditiōes siue debiliores apāta extrīseca ſꝫ plurimū faciūt effimerā. nō. n. i apāte extrinseco dato ꝙ mā sit multa nō ē via ita libera ⁊ lata. Nā vene ⁊ arterie veniētes ad cutiȝ subtiliāt̄ ⁊ miorāt̄: ⁊ cuȝ miori sunt caliditate:q̄ nō ē sufficiēs facere tātā ef- fumationē:⁊ ē ipa apa tale a corde magis remotuȝ:⁊ ob- stacula multa itercidunt:vt pꝫ. Jō dixit Aui. sunt ſꝫ plu rimū de genere febriuȝ diei cuȝ apāta ista nō pueniāt ſꝫ plurimū ad cor:nisi cuȝ calefactiōe sua absqꝫ putredine sua:q.s. simplici q̄litate:⁊ nō mixta putrediali vapor̄. cū nō possit vapor ipse puenire ad cor:qꝛ.s. resoluit̄ anq̄ꝫ ad ipꝫ pueniat:ſꝫ b̄n ipa q̄litas. Ꝙ si apā eēt magnuȝ valde multuȝ de vapore emittēs:tūc b̄n pōt fieri putrida:⁊ h b̄n notauit Aui. cuȝ dixit ſꝫ plurimuȝ. Itē ad h faceret ꝓpingtas ei⁹ ad cor:vt apā. sub assella sinistra i mamil lis sub costis:⁊ hꝫ. Itē ⁊ h faciet malignū extrīsecuȝ sua malignitate trahēs mās multas i carnib⁹ glādosis. ⁊ ibi dē remanētes putrefiāt. ne ex vlcere malo cruris vel pe dis ad qđ seq̄t̄ apā i inguine. itē ex forti dolor̄ ex veneno: ⁊ sic ex similib⁹ causis. Et sic breuiter cuȝ Aui. dic:⁊ plu rimū qdē hoꝝ ē a causis pmitiuis:qꝛ casu pcussiōe:⁊ hꝫ. q.s. apāta sic euenētia causant febrē diei:qꝛ effimerā. cō sidera. Dr̄ putrida:⁊ h hūdo respectuȝ ad apāta itrinse ca q̄ ſꝫ plurimuȝ faciūt putridā ⁊ raro effimerā. c⁹ ꝯriū dictuȝ ē ꝺ apātib⁹ extrīsecis:⁊ dr̄ fm plurimuȝ:vt aliqui notāt:qm̄ sic dcm̄ ē:ꝺ apāte extrīseco. ꝙ ipꝫ pōt solā q̄li tatē absqꝫ putredie cordi cōicare. Ita nō icōuenit ꝙ illđ idē faciat itrinsecuȝ:vt cuȝ eēt pauce materiei i locis an gustis:ꝙ i venis secretis ⁊ arterys secretis. i loco remo to a corde:vt iªtestino recto:⁊ hꝫ. Et apāta itrinseca ad q̄ cōiter seq̄t̄ febris putrida sunt apāta cerebri:⁊ gutturis. meri stōi meseraicaꝝ. pectoris pulmōis epatis renū ma tricis. vesice itestinoꝝ auris et similiuȝ. quō āt talia apā ta putridā causent iā dcm̄ ē. Dr̄ vl' ethica. Jngt Auic. et iste qdē feb. cuȝ ꝓlōgāt̄ ducunt ad ethicā:⁊ ꝓpe qn̄ apā ta sunt i epate:et hꝫ ſꝫ ꝟitatē pcipue ꝺ ethica seq̄ēte ad ꝯsumptionē siccitatē et marasmuȝ:q.ꝓpe eueniunt defe ctu nutrimēti. Cui⁹ pn̄m ē epar. ethica āt ꝯ̄s iflāmatōēs et ebulitionē magis fit pp apā pulmonis:qꝛ cor non pōt debite euentari. vnde accidit ebulitio et iflāmatio ma

gna in eo: ⁊ in omnibus membris.

Signa demōstratiua. Dic attēde ꝙ signa demōstratiua febriū putridarū que ad apata itrinseca sequunt̃: sunt sicut reliqua signa aliarum putridaꝝ que ad putredinē humoꝝ ꝯsequunt̃: vt verbi grā. si apostema ad qđ sequit̃ feb. fuerit magnū in loco ꝓpīquo cordi sufficiēs ꝯtinuare euaporationē putredinalem. ⁊ fuerit colericū. vt herispilla. tunc erit fe. cōtinua vehemēs. nō tamen tante vehemētie sicut in causonide nisi res sit magna. ⁊ causa in eo ē qm̄ putredo nō ē sparsa neqꝫ mota ad exteriora. Aui. ⁊ erit cum exacerbatōe ꝺ 3° in tertium. ⁊ ita de alys signis fe. cōtīue tertiane. Qꝛ si fuerit tale ex mā flegmatica signa flegmatis apparebūt. ⁊ ꝯsimiliter dic de sanguineo melācolico ⁊c. Qꝛ si ex mā mixta signa mixta erunt. Si ex mā valde acuta fe. erit valde acuta cum signis peracute. de qbus oībus actum est supra suis ꝓprys cā. ⁊ hoc intellige īdicatōe sumpta a mā apatuꝫ. ❡ Et diuersificant̃ he feb. adiuicē in lōgitudīe ⁊ breuitate malignitate: ⁊ ꝑyodicatione. vn̄ al'r se hn̄t qn̄ apa est magnuꝫ: ⁊ al'r qn̄ ꝑuū: al'r qn̄ in mēbro valde venoso aut arterioso: ⁊ al'r qn̄ est iuxta mēbꝝ ꝑ̇ncipale: ⁊ al'r qn̄ est ī remotis: al'r qn̄ est in mēbro nobili: al'r qn̄ ī ignobili: ⁊ exēplificādo ꝑticul'r seqn̄s ducē nostrū dico ꝙ apa ꝓpinquū cordi: ⁊ cū eo cōitatē magnā hn̄s est sic̄ apa pulmonis ⁊ velaminū pectoris: ⁊ cū ad ipꝫ seqt̃ fe. tūc apparebūt signa significātia ipꝫ apa: ⁊ signa mäe apatis. vt v̇bi grā. in pleuresi ex mā colica. Signa pleuresis: qꝛ pulsus serin⁹: ⁊ hꝰ: febris ꝯtinua de 3° in 3m magis molestās cū siti dolore lateris pūgitiuo iflāmatione cū velocitate ⁊ freq̄ntia pulsus ⁊ hꝰ. De signis tertiane: veꝝ vrina erit ꝭm plīm ad albedinē declinās ꝓpter māꝫ hr̄e raptū ad locum apatis: ⁊ sic de alys. vt xa tertij ꝓprio ca°. ❡ Apa aūt remotū est sic̄ apa renū ꝙ debilē hꝫ cū corde cōitatem. nā cum adest apa in renib⁹: tūc apparēt signa ipsi⁹ apatis: vt dolor ⁊ grauitas in loco renū: ⁊ ꝑtib⁹ alcati calitas maior ꝯsueto ⁊ ad ipꝫ ꝭm pl'ꝫ nō seqt̃ febris fortis: neqꝫ ꝯtīua ꝓpter paucitatē arteriaꝝ: ⁊ venaꝝ ipsoꝝ: ꝑꝑ qđ nō multū cōicāt cordi suū calorē: ⁊ cōicatū nō cōtinuāt. Sed vt Aui. tales feb. qꝛ apatū renū sunt multotiēs īterpolate: qꝛ cū ordīe sue ꝑyodicatōis: ⁊ multotiēs nō sunt ordīate ꝑyodicātes: sed de gn̄e febriū erraticaꝝ tertianaꝝ: q̄rtanaꝝ: ⁊ hꝰ. cū qb⁹ fit rigor ⁊ horripilatio: vt in ceteris īterpolatis: ⁊ haꝝ diuersitatuꝫ cā est diuersitas multaꝝ mäeꝝ que ī renib⁹ ꝑn̄t aggregari ⁊ aduri: ⁊ qꝛ sunt dure sube debil' sensus: hinc eoꝝ apata nō sunt cū fortib⁹ accn̄tib⁹ ⁊ ex̄neis: ꝑterea qꝛ sunt a corde remoti. nā q̄ sūt ī loco ꝓpinq̄ cordi vel hn̄te magnā cōitatē cū eo: aut qꝛ ipꝫ mēbꝝ ē vehemētis sensus ⁊ neruosū sunt cū vehemētia febriū cuꝫ ingētudīe magna spasmo: ⁊ hꝰ: ex signis acutaꝝ ⁊ ꝑacutaꝝ. ❡ Sꝫ dices. apa mr̄icis facit aliqn̄ febrē fortē: dolorē capitis: ⁊ ꝑturbationē sensuū: ⁊ tn̄ matrix est in loco remoto a capite: neqꝫ hꝫ multos neruos a capite veniētes: neqꝫ cordi multū cōicat: cū nō hēat multas arterias a corde veniētes. ❡ Dōꝫ ꝙ qn̄ apa ē magnū in mr̄ice ex colligātia quā hꝫ cū māmillis ⁊ pectore q̄ sunt loca ꝓpinq̄ cordi pōt febrē fortē facere: ⁊ sil'r sodā: qa dolorē sincipitis cū quo colligātiā hꝫ: ⁊ ex ꝯn̄ti sensuuꝫ ꝑturbationē: itē ⁊ dolorē ceruicis: qꝛ colli: nā colligātiā magnā hꝫ cuꝫ nuca: vt est videre. zi. tertij. ꝑ̊ ca°. Que aūt sunt apata medio mō se hn̄tia respectu loci ⁊ alioꝝ: sunt ēt media respectu accn̄tiū ⁊ alioꝝ taliū. ❡ De signo sūpto a pulsu dixit Aui. ꝙ pulsus est sic̄ pulsus aliaꝝ putridaꝝ ꝑuus ī ꝑ̇n° ꝓpter suffocatōeꝫ caloris a mā. velocis ꝯstrictōis apō statū: qꝛ. s. tꝑe expulsionis: deinde magnificat̃ facta expulsione: ⁊ v̇tute vigorata: diuersificat̃: tn̄ in suis dr̄ys ꝭm diuersitatē mäei ⁊ mēbri: vt cū est in neruoso est durus serinus. vt in pleuresi: si ī carnoso mollis vndosus. ⁊ hꝰ. ❡ De signis aūt extrinsecoꝝ nihil: qꝛ manifesta sunt.

Pronostica. Apata itrinseca ceteris parib⁹ sempꝑ sunt deteriora ⁊ maioris ꝑiculi. nam aliqn̄ extrinsecū vt venosuꝫ: vt glādula vel carbūculus est ītrīseco aliq̊ deteri⁹: ⁊ iō dicebat̃ ceteris parib⁹. io° terapē. cum febres seq̄ntes apata ꝓlongant̃. ꝑducūt ad ethicam. ❡ Quāto apa est ꝓpīquius mēbro ꝑ̇ncipali ceteris parib⁹ tāto deteri⁹. ❡ Apa in mēbro nobili ceteris parib⁹ deteri⁹ q̄ꝫ ī igbili: nisi illđ qđ ī ignobili est ꝭuiret ꝑ̇ncipali. nā aliqn̄ apa gutturis est ꝺteri⁹ q̄ꝫ apa stōi: vt in sq̄nātia ꝑiculosa v'l mortali: ⁊ tn̄ ē guttur igbili⁹ stō: ⁊ tu ad hec oīa bn̄ attēde.

Canones. Prim⁹ ⁊ est v'lissīm⁹ ꝙ cura eaꝝ fit ꝑ curā ipsoꝝ apatū. vn̄ Aui. Radix. n. in eis ē cura apatis: que febres remittunt̃ cū apa iam saniauit iuxta illud hypocratis z° apho. circa gn̄ātionē saniei ⁊c. vt supra in aphorismis: ⁊ iō ꝑ̇ma ītētio fit ad curaꝫ apatis. za ad febrē. Tu tn̄ sil': qa ꝑ eodē tꝑe attēdas cure vtriusqꝫ: ⁊ semper ꝑ̇mitte ītētionē ei⁹ qđ est magis suspectū: vt nos auisauit Aui. ꝑ̇ma q̄rti. ca° de reb⁹: in qb⁹ differūt febres putredinis. ⁊. ca. de cura febriū putridaꝝ in gn̄āli. ❡ z⁹ est ordinatio diete que ordinari dꝫ ad oppositū cause apatis ⁊ febris. nā apate exn̄te cal'o: ordina dietā ifrīdatiuā ⁊ humectatiuā: ⁊ ꝓp̄e in ītrīsecis: ex qb⁹ timet̃ corpis arefactio. vn̄ Aui. ⁊ obꝭuatio cure febris ꝺ ifrīdatōe ⁊ hūectatōe. Modum aūt ifrīdādi ⁊ humectādi habuisti supra de acutis: ⁊ tu ibi. Sed hic aduerte. inqt hic Aui. ⁊ in his febrib⁹ nō cōcedit̃ potus aq̄ frīde expone regul'r: coacte aūt qn̄qꝫ cōcedimus: vt in cura herisipille: q̄ al'r fieri nō pōt. vt 9° terap. ⁊ s̄. de radicib⁹ v'lib⁹: ⁊ ꝯcedit̃ spāl'r post euōnes. Itē ꝯuenit lactuca abluta: qa magis ifrīdat ⁊ humectat: ⁊ remouetur eius nitrositas: ē tn̄ sanis nō abluta melior. vt z° can̄. 3⁹ est euō minoratiua si mā fuerit multa vel vētris lenitio. 4⁹ est digō. 5⁹. euō. 6⁹. ꝑticulariū admistratio. 7⁹ accn̄tiū correctio. ❡ Pro 3° recurre ad cam de cura putridaꝝ supra: ⁊ ad capl'ꝫ 5m. vbi solutiua tuo iuenies ꝓposito. ⁊ sil'r ꝑ digestiuis. ❡ Et ꝑ 5° ibidē: egēt. n. talia apata euōne q̄ fiat iuxta nāꝫ peccātis hūoris: ⁊ tu ī ꝑticularib⁹ capl'is ⁊ rubricis habuisti ꝑticularia solutiua tibi in casu optime deꝭuiētia Euō cuꝫ medicina: aut flōmia fit in cura apatū rōne mäe fluētis: ⁊ iō dꝫ eē miorātiua. Rōne aūt mäe iam fluxe: ⁊ ī mēbro fixe nullo modo ꝯpetit. nā si eā euāre tentabimus agitabim⁹: ⁊ nō educet̃: q̄re mēbro illi ꝓxima ⁊ sana ledētur: ⁊ est canō Aui. 4a ꝑ̇mi. de cura apatū. §. Cum aūt hūor in vno fuerit mēbro compꝛhēsus. ❡ Pro admistratōe ꝑticulariū distīgue tꝑa apatū. vn̄ in ꝑ̇ncipio cōpetūt reꝑcussiua: in augmētō v̇o resolutiua cū reꝑcussiuis vincētib⁹. ī statu eq̄l'r misce: in declinatōe v̇o resolutiua: ⁊ hoc maxime ī calidis: in frīdis aūt opꝫ in ꝑ̇n° ēt reꝑcutere cuꝫ remissioribus: ⁊ hec ītellige v̇a nisi reꝑcussio fieret ad ꝑ̇ncipale ex canone gn̄āli. vn̄ Aui. sic̄ exēplificās dixit: ꝙ vbi apa sit herisipilla: de suꝑ poni dꝫ succus lactuce: portulace: semꝑuiue cū sauic ordei: ⁊ sint actu frīde: ⁊ icessanter: ⁊ ꝯtinue ifrīdētur: ⁊ ꝑmutent̃: ne calefiāt a caliditate apatis: ⁊ hoc vt fiat repulsio ⁊ caliditatis ꝑeternālis extinctio. Et aduerte ꝙ Aui. hic nō posuit oleū aliqđ in hoc reꝑcussiuo: qa timuit eius iflāmationē: ⁊ fuit ēt snīa zoar ꝑ̇mo theisir. Qn̄ v̇o caliditas apatis essꝫ parua posset poni de oleo onfancino v'l ro. Sed in apate colerico multe iflāmationis nō. vt dictū est: tu aūt in his bn̄ cōsidera: ⁊ reduc te ad capl'a supra: de acutis: ⁊ alys pro complemēto septimi.

❡ De recidiua. Cap. XVIII.



Uando quis post febrē curatam recidiuat: tūc febrē de nouo incurrit: quā febrem ꝑ̇mo debes bn̄ cōsiderare anteq̄ꝫ ad opus īmediate ꝑuenias. vn̄ ꝑ̇mo velis tibi

manifestum esse motum: siue modum egritudinis: an fuerit a causa primitiua: quia ex inordinato regimie: an a causa intrinseca. Quare nō procedas imediate: ad remediorum multiplicationē. nā si multiplicabis remedia: quia statim dabis solutiuum: et recidiua fuerit ex mā praua et occulta: detegetur eius malicia et morietur infirmus tui culpa. Nam vt Aui. Recidiua fm plimū est seua. Melius gdē est: vt infirmus absq; tui culpa moriatur. vnde meo tpe accidit Venetys et Padue qp ex tali sic pmpta exhibitiōe medicine solutiue duo notabiles ciues mortui sunt: qui forte fuissent et mortui absq; medicina: sed pro tūc culpā imputata fuit medicis illis q certe famosi erāt. et ideo caute aggredere recidiuā: et nō sis pmpt^s in eius cura: sed semp timeas. Est qppe recidiua sic facta a causa itriseca deterior sua radice. vt Aui. et z^a fen. ca^o. ¶ Quia infirmus debilis est ppter febrē pcedēte. Ideoq; cā itriseca magis apta suppeditare vtutē qz erat in pncipio infirmo existēte forti. Tu itaq; deum suppliciter exora: vt te in cūctis cautū faciat: ne boīum dicaris homicida: a quo piculo et noie ipe gloriosus me teq; per suā imensam defendat misericordiam. Amen.

¶ Ad laudē omnipotētis dei: ac gloriose eius matris Marie. Et beati Hieronymi doctoris opus hoc magistri Michaelis Sauonarole dictum canonica de febrib^s explicit.

¶ Laus Deo.

¶ Tabula Tractatus de pulsibus.

Finis

¶ Michaelis sauonarole de pulsibus sūma incipit.

Capitulum. I. De esse pulsus.



Ristotiles suo secūdo posterioꝝ satis declarauit cuiuscꝫ doctrine pricipiū quid nominis eē: quoniā ignorato noie reꝝ ⁊ ipse res sic facillime nobis latēt. Quare cū de pulsibus impresentiarū a me agendum sit: quoꝝ notitia pfecta medico practicanti q̄maxie ē necessaria. Statui quid sit pulsus in pmis notificare. ¶ Dicam⁹ itacꝫ etiam ꝑ parte cuꝫ pncipe Auicena. Qꝫ pulsus est motus receptaculoꝝ generaliū: spūs cordis. s. ⁊ arteriarū: ex dyastole ⁊ sistole ꝯpositus: a virtute vitali cōpletus: spūs siue caloris nālis p aerē attractū ⁊ p ipsum inutilem expulsuꝫ regitiuus. Nam diastole attractiōe: ⁊ sistole expulsione ꝯpletur attrahit̄ eniꝫ aer frigidus vtilis in cordis refrigerium ac caloris: ⁊ calidus nociuus cū capinosis fumis in ei⁹ mūdificationē expellit̄: ⁊ vt haly tegni 2° ꝯmē. m. ix. Et Gali. gdem inuit caloreꝫ inatū euentari p id sicut euentat̄ ignis p flabellū: ⁊ stringitur eius accēsio p euētationē: ⁊ equatur cōplexio eius. Quibus colligit̄ motū hunc: quē pulsuꝫ nominam⁹ duplici motu esse fulcitū duplicicꝫ gete: sicꝫ ipsi⁹ ꝑteꝫ essentialē eē: q sic pulsus dictus ē: quoniā in eleuatiōe arterie ad digitos pulsare videtur. Necꝫ oia qꝛ pticularia spūs receptacula: vt epar: cerebꝝ: ceteracꝫ inferiora in se spiritus ꝯtinētia mouent̄: vel pulsant̄. Et ipse gdē ex diastole ⁊ sistole: que nunꝙ sil' sunt nō cōponit̄: sed ipsis bene cōpletur: ⁊ p ipm sic spūs regit̄: vt nō raro cum adest necessitas aer attractus in spūm cōuertat̄ vitalē. quinto de iuuamentis: ⁊ scda pmi allegato caplo. huc aūt pulsuꝫ maximis cuꝫ pconijs extollit haly ingens. Pulsus ē nuncius: ⁊ preco: q occulta refert: ⁊ narrat ⁊ preco verus q nō mentit̄. Et Gal. terapētice. vij. Est nuncius: ⁊ pco q occulta refert ⁊ narrat motibus cōtrarijs ⁊ manifestis. Estcꝫ signuꝫ ab operatiōibus sumptū efficaciuscꝫ q̄ q ab vrina: ⁊ egestionib⁹ sumit̄ pmi scda ⁊ accidentib⁹: ⁊ significationib⁹. Pulsus aūt cōicatio a cōitate oium mēbroꝝ cū corde sumit̄. vrine vero ⁊ egestiones ab his q̄ ab epate. colliget quarto. pp qd eoꝝ significatio nō parua ē in mēbroꝝ nutritiuoꝝ cognitionem. Super aūt vitalē virtutē pulsus fortior ē ⁊ prima. Naꝫ in corde spūs generatur vitalis quē certo ꝑ tpe in se continet deide ab eo p arterias ad singulas corporis partes deportatur. ¶ Et qm̄ dicebatur ipm ex diastole ⁊ sistole eē completum acciditcꝫ hos duos motus in arterijs ⁊ corde fieri ne error ꝯtingat in quo nulli dormiūt declarāduꝫ duxi an corde diastolāte arterie diastolēt: ⁊ sistolāte sistolēt. Existimant aūt cū motum percussionis cordis ad pectus sentiūt quo in tpe: ⁊ arteriā digitis sic ꝯprehēdūt tam coꝛ q̄ arteriam eo ꝑ tpe simul dilatari cū arteria in dilatatiōe ꝯphēdatur. Et si Gal. etiā in ꝯstrictiōe cū se ꝯprehēdisse scripserit: de quo post: sicꝫ experiētia ducti asserunt corde dilatato: ⁊ arteriā dilatari: ⁊ cōstricto ꝯstringi. Deceptos hos esse cū ꝯciliatore pnuncio maxie cuꝫ de pulsu loquamur nāli. Nā de nō nāli secus ē. nā cū apostema esset secus arterias ꝯtingeret tales velocius sistolare atcꝫ diastolare his q̄ in corde forent: vt in arterijs ēt ꝯtingit pudēdoꝝ cū quis ad actum coitus fuerit pparatus. Quapropter accipiēdū prio q cordis figura vt manifestat anotomia est pyramidalis cui⁹ pslata in qua ora vētriculoꝝ ipsius sedēt pulmoni cōiūgit̄: ita vt i. medio quarte penulaꝝ eius sita sit. ⁊ penula quinta cordi ē velut culcitra: pars vo ipsi⁹ acuta itendit ad deorsuꝫ: ⁊ ad sinistrū vtrūcꝫ. cū ergo coꝛ spūꝫ attraxerit ex pulmone: eocꝫ sic repletū fuerit in deorsum lateraliter tendit: vt a pectore remoueat̄ q̄multū: cū vero denuo attractū in seipsuꝫ cōciderit: ⁊ euacuatū in nālē deuenerit figuram sursuꝫ veniēs: tūc ꝓsilit pectori pcussionēcꝫ perficit: ⁊ ita cōcidēs pulsuꝫ cōstituit. Ex qb⁹ collige pulsuꝫ dextruꝫ fortiorē eē ipso sinistro: d quo ifra. Et vt res clarior fiat: accipiendū q dilatatio nō est aliud q̄ partis localis exꝑāsio de cētro ad circūferētiā facta sicut cū fole aer attrahitur. Ecōtra vero ē ꝯstrictio: qꝛ fit motus ab extremis ad cētrū vt fere terminoꝝ sibi occurrant capita: vt in expulsione aeris ex fole ꝯprehenditur. Ex qb⁹ pꝫ q cum coꝛ dilatatur ipsum abbreuiat̄: cum vndicꝫ expāditur ceu nobis ostēdit vter iflatus: q̄ accidēte (cū arterie sint ei ꝯtinue) necessario ipsuꝫ sequent̄ ⁊ in longum trahent̄. tractio vo ipsaꝝ in longum est eaꝝ angustatio: veluti itestinū in longū tractū ostēdit. Sicꝫ corde dilatato arterie cōstringent̄: ⁊ si eo tēpore dilatarent̄ cū in dilatatione fiat aeris attractio: tunc vnum aliud in attrahēdo sic impediret: vt notū est itelligēti. Addo preterea cū cōstringit̄ coꝛ ipsum expellit: ⁊ nō nisi in arterias. quomodo igit̄ poterūt ꝑ tūc cōstringi cū dilatari habeāt: vt aerem sic expulsum recipiāt. expulsio autē ad itra corpus nostrū in receptionē ordinat̄: veluti in operationibus nālibus cōprehendit̄. Cū eniꝫ stomachus chilum expellit: mesarayce attrahūt: ⁊ cū vene magne sanguinem ad totū deportātes ipsum a se expellunt: parue p mēbra ramificate recipiūt. Estcꝫ mecanicis artibus idem vbi plures ꝯueniunt operatores: vt qd vnus perfecit: ⁊ a se deinde expellit: alius recipit: ⁊ in locū debitū ponit: vt finem ꝯsequatur itentū: hiscꝫ tandē puto errorē est illoꝝ satis aptum eē. Secus cū cōstringit̄. ⁊ in se cōtrabitur: tūc eleuatuꝫ in cubū. ⁊ pectus sic percutit. Cū aūt dilatat̄ in deorsum tēdit ⁊ a pectore discedit: ⁊ tu silitudinē accipias a manu cū cōstringitur: ⁊ dilatat̄. sicꝫ collige cordis sistolē sensu leuiter comprehendi.

Capitulum. II. De causis pulsus in generali.



Voniaꝫ rē scire atcꝫ fine eius causis bñ itelligi nō ꝯtingit. Ea pp post habitā diffinitionem pulsus vt clarior ei⁹ notitia habeat̄: de causis ei⁹ agēdū eē putaui. Propter qd dicēdū q pulsus cāe assignant̄: vl'es. s. ⁊ particulares: ⁊ haꝝ vniuersales siue gñales ordine nāe pticulares antecedūt. Jdcꝫ de gñalib⁹ pmū. Sūt. n. tales q̄tuoꝛ vt ceteris effectib⁹ assignate: efficiēs. s. formalis: mālis. ⁊ finalis. ¶ Efficiēs aūt cōis schola medicoꝝ ꝯsonat: quā ⁊ prudēs seq hꝫ ē virt⁹ vitalis: nō sanguinis spumificatio: vt nimiuꝫ subtilis Trusiani tenuit opinio: necꝫ aer ⁊ vētus vt erasistrates plurimicꝫ ex priorib⁹ tenuerūt. Sꝫ in tali motu aer cōcurrit vt actū ē. nā queadmodū in fole ꝯprehēdim⁹ q p artificē fit mediāte fole attractio: ⁊ aeris expulsio: sic p virtalē virtutē mouet̄ artarie: ⁊ coꝛ ad ipsi⁹ aeris attractionē: ac ei⁹ inutilis expulsionē: hācꝫ cām Auicē. ꝯtentiuaꝫ pulsus: ⁊ ipsi⁹ essentialē noiauit. Jngt. ꝯtētiue vo cāe sunt tres. virtus vitalis q̄ ē in corde mouēs pulsuꝫ. ¶ Formalis vo ē ipsoꝝ motuū ⁊ getū adiuicē recta ac debita ꝯpositio ⁊ ordo. ¶ Materialis aūt ꝑ nūc subdiuidat̄ qm̄ alia ē in q̄ talis: ⁊ ē coꝛ ⁊ arterie: ⁊ cū qua ē aer. Mālēꝫ vo ex q̄ nō hꝫ cū accidens sit. ¶ Finalē iā aperuim⁹: qm̄ final'r in cordis: ⁊ arteriaꝝ refrigeriū incꝫ fumoꝝ capinosoꝝ expulsionē ne spūi ⁊ calori accidat suffocatio a nā iuentus: nā sic ei suffocatio

accideret: queadmodū candelam accensam a fumo circū/uolutā; ⁊ aeri libero nō expositā suffocari cōtingit. Et pre/terea alia ē finalis causa: quoniā per pulsus cōstrictionem sanguis in corde digestus: ⁊ vitalis spūs mēbris oib⁹ arte/rys mediātib⁹ delegant̄: hi aūt p cōcauitatē arterie sil' ice/dunt: ⁊ cū necesse fuerit: nā partē aeris attracti sic puriorē in spūm ɔuertit: vt supra: ⁊ primi scda de aere. ¶ Existunt aūt preter has ⁊ cāe alie priorib⁹ minus generales. Quarū quedā cōes sunt: q: in quolibet pulsu causando cōcurrunt ⁊ a pncipe necessarie vocant̄: neq: pulsus ɔstitutionē igre/diuntur. Unde necessarie sic dicunt̄: q: sine his nō ɔtingit pulsum eē pp qd essentiales appellant̄. Cōtentiue q: pul/sus essentiā ɔstituūt: ⁊ he tres sunt: vt pmi scda: virtus. s. vi/talis que motum causat: vt supra instrumentum ⁊ arterie necessitasq; euentandi: ⁊ mundificandi: que vero nō neces/sarie nominantur: binam recipiunt diuisionem. Eaꝝ enim quedā īseparabiles sunt quaꝝ mutatiōe ⁊ pulsus mutant̄ iudicia: vt res nāles etas: sexus cōplexio: ⁊ huius nōnulle q̄ separabiles que absolute mutantes pulsum denominātur eiusmodi sunt tres nō nāles, que ɔtingēter nostris possunt applicari corporib⁹: vt exercitium: balneū: statio sub sole: ⁊ hꝫ. de quib⁹ ifra.

Capitulum. III. De notificatiōe generum siue specieruꝫ: aut differētiaꝝ eius cū suis causis particularibus.



Postea q̄ notificatus est pulsus in gene rali suis cum causis generalib⁹ Cōsequēs duxi in eius clariorē doctrinā de ipso in particulari log: etiā suis particulari/bus causis. Propter qd sciēdū q licꝫ Auic. ⁊ ceteri medicine auctores genera pulsuuꝫ nominēt. id scribūt: vt sub eis spēs cōtinent tū vt sub vniuersaliori genere sunt cōtēte spēs appellantur dicūturq; differētie: q: differūt: ⁊ differre faciūt. sed de no/minibus nō est a medico disceptādū pria pmi. doctrina 6ª 5º caplō. ¶ Et vt vobis via facilioꝛ de his oibus fiat pmū cōcepi quid pulsus sit tēperatus notificare: cui⁹ noticia me dico est q̄necessaria: vt p ipm pulsus ab eo lapsi melius cō prehēdātur: vt de cōplexiōibus tēperatis respectu tēpera/te a medicis agit̄. hꝫ eni hic talis pulsus eē signū ad qd me dicus oculuꝫ in tāgēdo semp habere debet: vt quales sint tacti pulsus differētie cōprehendat absq; enim huius noti tia semp in iudicādo titubabit: ideoq; dicet̄ pmo q.

Pulsus tēperatus dicit̄ q in nulla differētiaꝝ suarū excessuꝫ hꝫ: ⁊ iter excellētias mediū obtinꝫ vt qui nō ē paruus neq; magnus: nec ē velox. neq; tardus nec spissus: nec rarus: ⁊ sic ɔsil'r de alys: sed iter hos medi⁹ cuius causa ē fortitudo vtutis tēperata: obediētia istrumē ti tēperata: ⁊ contentū moderatius: ex quo ifert̄: q nō nisi in aere sibi ꝓportionato he differētie cōseruabūtur: sꝫ hoc theoricis relinquo. ¶ Sꝫ dices quō cognosco pulsuꝫ hūc cum nūq̄ tetigerim tēperatū: cū tū pulsus sit sensibile cōe qd absq; sensu cōprehēdi minime pōt: dicēdū pmo q dif/ferentie que sic tactu pcipiunt̄ cōiter: ⁊ vt frequētius sunt magnitudo: paruitas: velocitas: tarditas: frequētia: ⁊ rari/tas: ⁊ ad has medici cōiter aduertūt: ⁊ nō dico spernentes: sed negligētia quadā alias nō cōsiderātes differētias sunt: ⁊ iō cum de cōmuniorib⁹: ⁊ que bene sensu a nobis cōphē/di possunt agēdum sit: dicēdum. Oꝛ cum motus pulsus sen sibile cōmune sit: ⁊ p rōnē tātum male cognosci potest me/liusq; multo si id etiā p sensata fiat hinc vt facilioꝛ sit eius noticia: exēplū de sensatis adducam. Nam sensus de cōsu/sis iudicat: ⁊ de his que proxima sunt veritati: sꝫ ratio dyu dicat itegritatem. Qua ex re si que de pulsibus dicem⁹ ra/tione ⁊ sensu fulcita erūt certioꝛa atq; perfectioꝛa reddun tur: ꝓpter qd tenēdum cōsonātiū musicalium aliquā ha/bere noticiam medico necessariū esse. Nā hic motus pul/sus: vt apparebit in qbusdam cōsistit ꝓportionibus. ⁊ ideo vt in cōpēdio pulsuum theophilus eū practicum nominat irrationalem q nullam habet ꝓportionem. De autē ꝓpoꝛ tiones cōsonātie musicali: vt ifra attinēt. Nam musica est sciētia bene modulādi: siue bene mouēdi: vt Augustinus primo musice. bene autem moueri id dicit̄ qd numerosita tis seruatis tempoꝛum atq; interuallorū dimensionibus mouetur. Dec autē nō nisi ꝓportionum noticia habeatur. Unde Auicē. scda primi. Genus pulsuuꝫ qd sumitur ex pō/dere est p cōparationem ꝓportiōis quātitatum ꝓportioa/bilium quatuoꝛ tēporuꝫ adinuicem puta duorum motuum ⁊ duaꝝ quietum. ¶ Oꝛ aūt cōtingat pulsum tēperatuꝫ sic sensu percipi posse declaratur: quoniā difficilius est motū arterie a digitis recedētis ɔprehēdere q̄ ipsius ad digitos accedētis: sed primū est possibile quoniā p lōguꝫ exercitiū in tāgendo pulsus peruenitur ad noticiā sistolis: vt Galie/no ɔtigit: q tūc dixit portas pulsus sibi apertas eē: vt Auic. secūda pmi. ergo ⁊ per longum exercitium poterit quis in noticiā pulsus tēperati facilius deuenire. ¶ Preterea qd cum sensatis silitudinem habet: etiam per sensum cōphē/di poterit: cum sensus fantasmate moueatur: sed mot⁹ pul/sus temperati cuꝫ cōsonātia musicali silitudinem habet: vt dicetur. ergo. Et pro declaratione minoris vt clari⁹ atq; breuius expediam. Accipiēdum q apud musicos reperiū tur hi termini causatus imperfectus minoꝛ: ⁊ causatus im perfectus maioꝛ: ⁊ primus appellatur quaternari⁹. Secū/dus vero senarius: quorum thonos ⁊ eorum spacium siue tempus oportet medicum cognoscere: ⁊ de his noticiaꝫ ha bere: quā i spacio octaue hore a perito musico adipiscitur: qui ⁊ significationē tempoꝛis cū digitis docebit: in quoꝛuꝫ motu: ⁊ motus debitus pulsus cōprehenditur. Temp⁹ au/tem q in quaternario reperitur saluo semper melioꝛi iudi cio est supra temperatum ex parte velocitatis ⁊ aliarū diffe/rentiarū. ¶ Tēpus vero senary est infra tēpus tēperati: q: longius est aut tardius: vt audienti patere pōt. Unde tē pus inter hos mediū est tēpus siue mēsura tēperata: quaꝫ pulsus tēperatus in suis motibus habere dꝫ ꝓportionabi/liter: vt in motibus fit. ¶ Mō cognitis sic extremis p sen sum: cū ⁊ mediū p sensuꝫ etiā sit cognoscibile poterit qs in ipsius medy cognitionē faciliter deuenire: verū vt dictuꝫ est sensus noticiā ɔfusaꝫ ⁊ nō certā hꝫ de sensibilib⁹ maxie cōibus: sed satis veritati ꝓpinquā quā rō integrat. Ideoq; habita tali noticia sensata de vocibus discretis medic⁹ cū aliqli adminiculo rōnis in itegrā veniet tēperati pulsus co/gnitionē: ⁊ hoc exercitio coadiuuāte. Sume igit̄ mensurā talē sic: cū oēs alie pulsus differētie operari habēt: tēpera/tū tibi cōstituas. ¶ Et certe diebus meis fere oēs pulsus sanus quos tetigi q̄ternarios aut q̄ternario, primos iueni. Et tu hec cōsidera: hūc aūt pulsuꝫ nōnulli equalē dixerūt: sꝫ eorū deceptio ex sequētibus patebit. Dec aūt mēsura di/cta talis est: vt cū aliqs pulsus ab ea recedit lapsus siue di/stēperatus noīatus sit: de quo infra. ¶ Multiplr' autēꝫ fit ab ista mēsura recessus: ⁊ primo habito respectu ad pulsuꝫ inquātū pulsus est: ⁊ scdo ab eis que pulsui annectuntur. Si primū sic genera vel differētie septē ɔsurgūt: quoꝝ pri/mū sumitur a quātitate dilatationis arterie. Scdꝫ a quā/titate sumitur tempoꝛis motus. Tertiū a quātitate virtu/tis. Quartum a tempoꝛe quietis. Quintum a permutatio/ne pulsus ⁊ sua assimilatione sue temperiei. Sextuꝫ ab oꝛ/dinatione motus eius: ⁊ quietis: ⁊ inoꝛdinatiōe. Septimū a proportione duoꝝ motuū: ⁊ duaꝝ qetū. Si vero ab anne xis sic tria inde perueniunt. ⁊ primū sumitur a cōtento in arteria. Secūdū a qualitate arterie: ⁊ carnis circūdantis.

Tertiū ab essentia ipsius arterie. Ex qb⁹ sic decē cōsurgūt pulsuum genera q̄uis ꝑm veritatē tm̄ nouez ponēda sunt eo ꝙ pulsus ordinatus vel iordinatus ad equalē reducit̄ ⁊ diuersum: vt ifra patebit. Sicq̄ apparet sufficiētia pulsus q̄ explicat̄ longis cū verbis a Conciliatore nostro ⁊ diffuse magis differētia. 82ª quā si cupis lege ibi. Et differentie que ex pte motus: ⁊ qetis sumunt̄ dicēde sunt essentiales cū pulsus in eētia sua motū dicat ⁊ qetez. Relique vō ex qualitate ordinatiōe diuersitate: aut pondere sumpte ⁊ sic de alijs accidētales nomināde sunt. Ex qbus colligit̄ quare quarto colliget. pauciora pulsuum genera explicant̄: cū ibi magis essentialia tangunt̄. Quib⁹ sic generalib⁹ positis ad spālia veniā: vt ea q̄ dicta sunt facilius itelligant̄. ¶ Et sequēdo ordinē positū a quātitate dilatatiōis arterie genus sumptū diuidit̄ ꝑm tres diametros: s. ꝑm longum: latum: ⁊ ꝓfundum: Scōm vero lōgitudinē resultat longus breuis siue curtus: a nōnullis mutilatus dictus: ⁊ medius inter hos. Scōm vero latitudinē latus ⁊ strictus: q aliquādo subtilis dicit̄. ⁊ medius iter hos. Scōm vero ꝓfunditatem altus siue elatus: ⁊ eminēs: ⁊ ꝓfundus: siue occultus submersus: ⁊ depressus. ⁊ medius sic ꝙ scōz genus hoc: nouem habent̄ species pulsuum simplices. Et vt q̄ scribenda sunt semper facilius capiant̄ digressiones magnas nō faciā: sed studebo ea q̄ sic particularia ponā etiā particulariter declarare. Quapropter anteq̄ ad alias spēs me sic conuertam has iam dictas prius notificando: sicut de temperato actum est.

Pulsus itaq̄ longus dicit̄ cuius partē in lōgitudinē arterie plus sentiuntur q̄ in nāli absolute. ⁊ appello nālem q est ꝓprius in illa cōplexione. naz in omni cōplexione distēperata ē dare: qd̄ est illi ꝓpriū: ⁊ iō bn̄ inquiebat Almansor cū pulsus in brachij longitudine tactui manifestior occurrit: q̄ in tēpore sanitatis a philosophis longus dicit̄ ꝙ si vltra spaciū q̄tuor digitoꝝ qbus medic⁹ arteriā tangit aut tāgere debet: vt ifra ēt ꝑm lōgitudinez sic manifestat̄ tūc maxime longus nominat̄: ⁊ ꝑm qd̄ magis ꝑm illam diametrum manifestat̄: sic lōgior nuncupat̄. ¶ Et huius pulsus cā est v̄tus iam debilis facta arteriā in latitudinē: ⁊ ꝓfunditatē ꝑm lōgitudinis ꝓportionē extendere nō potēs: que res ab ieptitudine istrumēti ꝑm plimū venit: quoniā eius ꝓhibetur amplitudo: ⁊ eleuatio ad superiora: ⁊ hoc est rōne sui vt cum est nimiū durū: ⁊ huius: aut rōne extrinsecoꝝ vt rigiditas: ⁊ cutis tensio dēsitas carnis duricies corporis maciē cōsequēs: duricies eniz istrumēti operatur vt virtus nō deficiat in attractiōe aeris ipm sufficiēter extēdere: vt oporteret ⁊ eleuare. Quare nā necessitati succurrit cū partibus plurib⁹ ipsius istrumēti: siue arterie: vt cū nō possit ꝑm latū extēdere vt oporteret: ⁊ in latum eleuare cū plurib⁹ partib⁹ eius ꝑm lōgitudinē succurrit: cū nullā aliā viam habeat in succurrēdo necessitati ⁊ ē sile cū quis dominus habeat obsessuz castrū nō potens succurrere per viā latam: ⁊ ꝯsuetā: neq̄ in vna vice aliā angustam ⁊ occultā iuenit: ꝑ quā: ⁊ i plurib⁹ vicib⁹ succurrit obsessis: ⁊ per eandē causam id operatur densitas carnis rigiditas: ⁊ cutis tēsio. Et Marsilius Patauus in his tale ponit exemplum. Pone ꝙ in sacco plures essent mures q nō possent moueri ꝑm latum sacci ꝓpter eius ineptitudinem tūc nō est dubiuz qd̄ discurrēdo ꝑ longū sacci tantū mouerentur. Cōsimiliter operat̄ aer ⁊ vapor in ingressu arterie qm̄ cū nō possit moueri ꝑ latū ꝓpter ieptitudinem arterie mouet̄ ꝑ lōguz plures partes arterie ꝑm illā diametrū occupando cū aere aut vapore quē in latū mittere cōsueuerat: hanc aūt lōgitudinē tactor quatuor cū digitis sentire debet: ⁊ ipsos versus fluxurā brachij paulatine mouere: vt de ipso noticiā habeat ampliorem quātum. s. ad eius quātitatem maiorē vel minorē: ⁊ hec itelligant̄ vera esse: ⁊ reperiri in brachio habēte arteriā debite locatā. Nam vt qūq̄ vidi homines habētes in parte siluestri brachij arteriā que leuiter sentiebatur: ⁊ in parua mensura ⁊ in domestico non reperiebatur.

Curtus aūt per oppositum cū suis causis notificatur: ⁊ tu ꝑ te cōsidera. ¶ Et per hec q̄ sic posita sunt aliaꝝ duaꝝ noticiam facile adept⁹ eris: naz.

Pulsus latus est pulsus q excedit in latitudine latitudinem pulsus nālis: ꝑ pulsum nālez itelligendo: vt supra de lōgo: aut vt alij quia pulsuz sani superat vt multū: de quo ifra: ⁊ hic pulsus percipit̄ cū tactor extendi sentit arteriā ad maiorē latitudinē digitoꝝ ꝯsueto dico ꝯsueto: quia tactor debet esse exercitatus in tangendo aut cōsuetus quoniā sibi dat̄ limitatio: vt cū sibi pulsuz constituerit tēperatū: sed male hoc absq̄ exercitio aliquali faciet: ꝓpter qd̄ assuescāt iuuenes cū antiquis in practica pambulare pulsusq̄ tāgere ⁊c̄. Unde Almansor. io. vt q in pulsus sciētia instructus esse desiderat. Et eius vult significationes agnoscere sepe dū aliquis sanus est arteriā tāgat ⁊ firmiter: ⁊ cū sūmo studio icipiat. ¶ Hui⁹ aūt pulsus tres assignātur cāe. Pria mollicies istrumēti ꝑm quā disponit̄ vt ei⁹ ptes superiores depmant̄: ⁊ cadāt sup iferiores. Un̄ v̄tus in mouēdo ptes: supiores difficultat̄: q̄re tm̄mō eas lateraliter emouet ⁊ sic dilatat̄. Nā cū istrumētū factū sit inobediēs ꝓpter mollicieʒ vt v̄tus eū in altū eleuare non possit cōpensat cū latitudine: sicut de murib⁹ supra vbi saccus esset ita mollis: vt in sursum male moueri posset: ⁊ tūc mures in latū extenderent̄ sicq̄ faciet aer: aut vapor arteriam taliter dispositā igrediēs. cui⁹ dispositionē medic⁹ cōprehendet ex cognitis humiditatē in arteria ꝓmouentib⁹ cū qb⁹ ⁊ ꝓnosticatus erit. ¶ Scōa est instrumēti vacuitas: nā arteria sic vacua existēte accidit faciliter ptē superiorē cadere sup iferiorē: cū nō sit ibi sufficiēs quātitas aeris aut vaporis tali casui resistēs: nā id operat̄ pars supior sua grauitate: ⁊ tūc dilatabit̄ arteria ⁊ sub digitis latior cōsueto: vt supra sentiet̄. Un̄ Almāß. cū ꝑm latitudinē maiorē digitorū tangētis quātitatē ꝯprehēdit latus ab eis nominat̄: ⁊ tūc si ex hac cā fuerit: mala erit eius significatio: ⁊ iō tactor semp sit attētus. ¶ Tertia ē carnositas sup ptes superiorē stans sic aggrauās: ⁊ ptē superiorē ad descensum cogēs: vt i pinguib⁹ corporib⁹ qn̄q̄ sentit̄: ⁊ h̄ dilatatio non est sic malū significās: vt q̄ ex vacuitate fit: vt in macris ⁊ resolutis accidit corporibus.

Strictus aūt q ⁊ subtilis dr̄ vt supra ē lato oppositus: cui⁹ notificatio etiā suis cū causis ex dictis nota ē: vn̄ ex duricie istrumēti: q̄ ē ꝯria mollicie i pulsus strict⁹ ꝓuenit. quē Auic. de signis ethice subtilē nominat: nāq̄ ex siccitate arterie ꝯtrahit̄: ⁊ sic subtiliatur q̄re ꝑm latū in ꝯtractiōe minuit̄. Itē plenitudo id operat̄ maxie qn̄ repletio ad superiora cōuertit̄. vn̄ accidit pulsus alt⁹ ⁊ strict⁹ ⁊ sic ꝑ te cās alias discurre.

Pulsus altus ē q eleuat̄ ad digitos tangentes plusq̄ pulsus nālis. Un̄ sic arteriā ⁊ carnē eleuando ipsum ad digitos ipellit. Un̄ Almāß. Cū aūt digiti tāgētes carnē ipulerint. ⁊ ꝑm magnā quātitatē i ipm penetrauerint: dr̄ ab ipsis altus. ¶ Hui⁹ aūt pulsus cā ē necessitas aucta ⁊ virtutis debilitas nō multa. Nā cū v̄t⁹ nō ē multū debilis mouet arteriā ad partē ad quā dʒ mouere: qr sursum: qr h̄ ē ei facili⁹: qr calor ad superiora nāliter ꝯuertit̄: ⁊ ꝑꝑ augm̄tū necessitatis cū hac differētia q̄rit necessitati satisfacere: q̄ sibi facilior ē. Nūqd aūt ꝯtingat v̄tutē necessitati aucte ex vna tali differētia: satisfacere absq̄ cōcursu alteri⁹: vt qr sic sit tm̄ altus ⁊ nō latus: altus ⁊ nō magnus nō ē nr̄i ꝓpositi: ⁊ iacobite i h̄ se itricēt. Nā fortassis sicut

nõ contingit humorẽ vnum solum in corpore nr̃o peccare: qꝛ.s.cuꝫ eo alius nõ peccet: vt visus ẽ velle scđo regiminis acutoꝝ ꝯmẽto 2°. ita de differẽtys pulsus ꝓportiõabiliter dicẽdũ. Uerũtamen imaginabile ẽ: ⁊ tu cõsidera.

Profundus vo ẽ alto opposit⁹: quẽ tactor nõ sentit nisi cũ ꝓfundatiõe digitoꝝ facta. dicit̃ cõiter submersus: quẽ ⁊ in multis nãliter se hñtibus ĩueni ⁊ hic pulsus cõiter reperit̃ ĩ hñtib⁹ brachia carne multa coopta. Uñ arteria a sup̃ficie brachy: tũc ẽ multũ remota. ¶ Hui⁹ tñ cã dũ ẽ dispositio ꝑternãlis: vt in ꝑncipio febrium: ẽ ꝯctio caloris ad intra: suffocatio caloris ab hũore moto: quare vtus territa ad ĩteriora ꝯuertit̃: ⁊ sic ꝓfundatur pulsus. Jtẽ ⁊ qñqꝫ cã est debilitas vtutis paucitas spiritus. Uñ nõ põt arteriã in altũ eleuare: ⁊ tũc apparet pulsus paruus. Et iõ Almãꝫ. Cũ ſm hãc minor apparet q̃ꝫ cõsueuit vocat̃ depressus. ¶ Et ĩter has differẽtias dat̃ medius: quẽ vocare debem⁹ in suis dimẽsionib⁹ mediocrem. ¶ Et cõtingit ex his simplicib⁹ plures posse facere cõpositiones: vt dicẽdo ꝙ aliquis ẽ pulsus lõgus latus: breuis latus: lõgus ꝓfundus: ⁊ strict⁹: breuis altus ⁊ strictus ⁊ hꝫ. de gbus differẽtys pulsuum Gal. mẽtionẽ facit sic: ⁊ septẽ assignãdo spẽs quas sic numerãdo supꝛacũ duxi. Nã his oĩbus noĩa ab auctorib⁹ vsqꝫ mõ ĩuẽta nõ sunt: ⁊ multis alys quos sic tactu cognoscere quasi ĩpossibile visuꝫ ẽ: ideoqꝫ relictis his tãq̃ꝫ inutilib⁹ ad duas nos ꝯuertam⁹ dr̃ias notas ⁊ maxĩe cões ex his simplicib⁹ egrediẽtes: q̃ sunt magnitudo pulsus ⁊ ipsius paruitas.

Pulsus gdẽ magn⁹ dr̃ g ſm oẽs dictas dimensiones sup̃nãlẽ iã augmẽtat⁹ ẽ. Uñ Almãꝫ. io. Cũqꝫ in lõgitudine latitudine atqꝫ altitudĩe augmẽtat̃ magis q̃ꝫ ꝯsueuit vocat̃ magn⁹. ¶ Et cã hui⁹ ẽ sanitas vtutis siue fortitudo cum obediẽtia ĩstrumẽti: ⁊ necessitas aucta siue multa: gb⁹ positis ponit̃ magnitudo: ⁊ ipsis remotis remouetur necessario. Magnitudini vo pulsus necessitas plus cõferre videt̃: qm̃ vtute existẽte forti ⁊ arteria obediente necessitate ente tẽpata nõ adeo magnificat̃: sicut cũ necessitas aucta ẽ: ⁊ iõ ꝑmi scđa. Uerũtñ: ⁊ necessitas his tribus ĩuuãtior ẽ ad hec. Jtẽ cũ tactor sentit arteriã ſꝫ lõgũ multũ ⁊ latũ ⁊ ꝓfũdũ mltũ: qꝛ ĩ ꝯpatiõe sui nãlr dispositi: r̃spcũ illi⁹ magn⁹ ab eo noĩand⁹ ẽ. Noĩat̃ ⁊ pulsus magn⁹ absolute g sic ſꝫ oẽs tres mẽsuras augmẽtat⁹ ẽ: ⁊ h̃ r̃spcũ mediocris Et dr̃ magn⁹ ſm gd: si magnificat⁹ sit ſꝫ vnã tm̃: aut ſꝫ duas tm̃. ¶ Ex his seqt̃ ꝙ distemperatus põt hr̃e in pulsu suo mẽsurã gradualr tẽperatã: vt si gs fuerit hñs pulsuꝫ absolute magnũ ad mortẽ veniẽs ꝑ successiuã deꝑditionẽ suaꝝ dr̃iaꝝ ꝑuenit ad mẽsurã talẽ: cũ nõ sit ꝓcessus in talib⁹ de extremo ad extremũ absqꝫ medio. cõsidera.

Paruus vo ꝑ ꝯriũ notificat̃: ⁊ g ſm oẽs tres dimensiones diminut⁹ fuerit. Uñ ĩ Almãꝫ. io. Sꝫ cũ his oĩb⁹ fuerit minorat⁹ dr̃ ꝑuus. ¶ Et cãe hui⁹ ꝯrie sunt iã dictis de magno. Uñ Auicẽ. ꝑmi scđa. Si vt⁹ fuerit debilis pulsus ꝑuitas ꝓculdubio eã sequet̃: ⁊ si cũ h̃ ĩstr̃z fuerit duꝝ: qꝛ ĩobediẽs ⁊ necessitas pauca erit minor: ẽ ẽt cũ duricies efficit paruitatẽ. nõ attẽdẽdũ tñ ẽ ne in medico cadat error. Nã nihil ẽ qđ tãtã efficit paruitatẽ quãtã vtutis debilitas. hec tñ ꝑuitas sepat̃ a ꝑuitate quaꝫ facit duricies ꝑ h̃ ꝙ ẽ durus ⁊ nõ debilis: qꝛ diastoles tactui resistit ⁊ breuitas ei⁹ ⁊ ꝓfunditas nõ ẽ multa: sicut cũ ẽ debilis vt⁹ Auicen. Hic nõ ẽ ita breuis: nec ita ꝓfundus. Nã duricies cũ fortitudine vtutis nõ tm̃ ꝓhibet ꝓlõgationẽ. min⁹ ẽt facit ad depressionem q̃ꝫ debilitas vtutis: ⁊ h̃ semꝑ paritate supposita: ⁊ existimo ꝙ in ethica ꝑuitas pulsus magis ẽ a debilitate vtutis q̃ꝫ a duricie arterie. Considera. Pauca quoqꝫ necessitas ꝑuitatẽ efficit vtute exñte forti ⁊ ĩstrumẽto obediẽte. Jdeoqꝫ melãcolici nãliter tales: qꝛ nõ ex adustiõe g

cordis frigidi sũt pulsus nãliter paruos hñt nisi ex contraoperãtia secus ꝑueniat: hec aũt ⁊ silĩa semꝑ aduertẽda sũt vnico nõ in amico ⁊c̃.

¶ Preter has differẽtias nõnulle reperiunt̃ ⁊ cões que sũt velocitas tarditas frequẽtia ⁊ raritas: q̃ sumunt̃ a quãtitate tẽporis motus: de quibus suo ordĩe prosequemur vt sic secundum genus expediatur.

Pulsus autẽ velox dicit̃ qui paruo tẽpore ſm diastolẽ ⁊ sistolẽ cito ꝑficit̃. Uñ ĩ Alman. Cũqꝫ spaciũ tẽporis qđ inter duas attendit̃ motiones minus solito inuenit̃ velox appellat̃. ¶ Et huius pulsus velocitatis cã ẽ multitudo necessitatis euentãdi. Or cũ vt⁹ fortis: fuerit ⁊ instrumẽtũ obediẽs: qꝛ tũc cũ sola magnitudine tãti necessitati facere nõ poterit velocitate cõpensauit. Or si non multa fuerit necessitas ⁊ instrumẽtũ ꝑꝑ eius duriciẽ ĩobediens fuerit: ex tali cõtingit inobediẽtia cum nõ sufficit illa parua magnitudo. Ad quã causandũ concurrit duricies ꝙ etiã velocitari oportebit. Or si cuꝫ hoc multa fuerit necessitas: tũc ꝓculdubio velocitas magna erit. Or si virtus debilis fuerit ⁊ necessitas multa: ⁊ ĩstrumẽtũ obediẽs adhuc crescet velocitas cũ ꝑꝑ debilitatẽ virtus pulsuꝫ quãtũ necesse est magnificare nõ poterit. Jteꝫ hec duo: debilitas .s. vtutis ⁊ ĩobediẽtia ĩstrumẽti vbi affuerit necessitas multa ad velocitatẽ quãmaxĩe operant̃. Nã velocitas magnitudini suffragat̃: ⁊ est sicut cõtingit in portitoribus põdeꝝ qui cũ vna in vice totũ põdus portare nõ pñt ipsuꝫ diuisiꝫ pluribus in vicibus festinãter ferũt. ¶ Nunqd contingit necessario oẽm pulsuꝫ magnũ velocẽ esse iacobitis relinq̊: opinionẽ in hac mã cõem ꝓsequẽs: vt ꝙ ꝑma differentia q̃ acquirit̃ ꝑ augmẽtũ necessitatis ꝯstante virtute ⁊ ĩstrumẽto obediẽte est magnitudo. Or si vltra augmẽtabit̃ nõ potens cũ magnitudine satisfacere: scđa q̃ acquiret̃ erit velocitas. Or si adhuc plus creuerit: acquiret̃ tertia: q̃ est spissitudo: de q̃ statiꝫ. ¶ De hac velocitate famose reperiũt̃ opiniones argumẽtis ꝑhycis fulcite inuestigãtes penes gd attendi hꝫ velocitas ĩ pulsu: ⁊ ꝑma est iã dicta: q̃ differẽtiã facit inter pulsuꝫ velocius moueri ⁊ pulsuꝫ esse velociorẽ: vt qđ penes aliud habeat attẽdi velocitas mot⁹: ⁊ penes aliđ velocitas pulsus: ⁊ hec cõsidera. Et hec magis medicinalis est. alia aũt ꝑhica magis ponẽs velocitatẽ pulsus absolute attendendã eẽ: penes spaciũ ab arteria discriptũ in tãto vl' in tãto tẽpore Juxta illud Aristo. sexto physicorũ. Uelox est qđ in eq̃li tꝑe maius pertransit spacium: ⁊ hec negaret qđ prima cõcedit: sed de his satis.

Tardus autẽ veloci est cõtrarius vt dicat̃ tardus: g ſꝫ diastolem ⁊ sistoleꝫ magno ꝑficitur tꝑe. Semꝑ opinionẽ primã de velocitate sequẽdo. ¶ Hui⁹ ãt cause iã dictis sũt ꝯtrarie: qꝛ.s. aut diminuta necessitas vel nõ aucta: aut virtutis debilitas: aut ambe sil' ẽt nõ ĩconuenit: ꝙ ad eã cãndã ĩstrumẽti inobediẽtia ꝯcurrat.

¶ Et lꝫ ſm ordinẽ de tertio gñe ꝓseq debem⁹: tñ qꝛ multũ quartũ scđo attinere vr̃: de ipso ꝑus. Quartũ vo a tꝑe getis sumptũ est in quo due reperiunt̃ differẽtie. s. raritas ⁊ frequẽtia siue spissitudo. Reperit̃ ⁊ tertia: q̃ ĩter has ẽ mediocris. quã relinq̊ ĩ oĩb⁹ his gñib⁹ notã eẽ eã nõ noĩando.

Pulsus spissus siue frequẽs ab Auic. ꝯñs noĩatus ẽ: in q̊ tẽp⁹ sensatũ: qđ ẽ ĩter duas ꝑcussiões est breue: ⁊ h̃ apud nõ ꝯꝑhendẽtes sistolẽ. Uñ tales ꝑcipiunt quãtitatẽ tẽporis mẽsurãtis getẽ cadentẽ ĩter añcedẽtem diastolẽ ⁊ ꝯsequẽtẽ. Or si sistoles cõprehẽderet̃: vt fecit Galienus g in plurib⁹ suis libris se iactauit. Tũc frequẽtia attendi hꝫ penes ꝑuitatẽ tꝑis mẽsurãtis getẽ ĩter dilationeꝫ ⁊ ꝯstrictionẽ vt pulsus ille denominet̃ alio frequẽtior ĩter cui⁹ diastolẽ ⁊ sistolẽ minor mediat ges: econtra vo rarior. ¶ Hui⁹ aũt spissitudis cãe eedẽ vident̃ eẽ cũ causis velo-

Profundus et Submersus idem.

Ad debilitatem virtutis pulsus parvitas sequitur.

citatis.Uñ pnceps.Spissitudis cã est debilitas ṽtutis:aut
multa necessitas:aut multa caliditas.hac.n.spissitudie nã
vtit̃ cũ sup velocitatẽ deficit.Uñ Auic.Si ṽtus fuerit de/
bilis pulsus nõ poterit magnificari:⁊ si velocitas in eo nõ
operata fuerit nõ poterit eẽ gn nõ fiat spissus:quatinꝰ spissi
tudo restauraret id qḋ defuit ex magnitudie ⁊ velocitate.
Sicut cũ homini necesse ẽ rẽ ferre põderosam quã si pote
rit totam vna in vice feret.Si ṽo nõ diuidet eã in duas p/
tes ⁊ festiabit:⁊ si nõ eã ĩ multas ptes diuidet feret quãq3
ptem quoquomodo poterit cum spaciositate ⁊ velocitate
deiñ ñ cessabit dõec oneraturas ferat:s3 redibit cũ tardita
te.Uñ ⁊.io.pulsuu3.Cũ augmẽtat̃ caloꝛ nãlis in coꝛpe im/
mutat pulsum ad magnitudinẽ:⁊ cũ augmẽtat̃ magis ad/
dit magnitudini velocitatẽ:⁊ cũ illo plus auget̃ addit ve/
locitati spissitudinẽ.Quibꝰ apparet ex necessitate sup tẽpe
ramentũ aucta stante ĩstrumenti obediẽtia ꝙ ṽtus tentat
cũ magnitudine pꝛio ipsi satisfacere:⁊ hec differẽtia virtu
ti difficilioꝛ.⁊ iõ cũ p augmẽtum vlterius debilitet̃ virtus
magnitudine sic satisfacere nõ põt:sed velocitate recõpen
sat ⁊ breuiter difficilius ẽ ṽtuti magnificare q̃3 velocitare
q̃3 frequẽtare:q̃re si multũ debilitabit̃ stãte obediẽtia ⁊c̃.
pꝛima differẽtia acqsita:tũc erit spissitudo:vt apparet ĩ p/
pinquis crisi:⁊ in statibꝰ febꝛiu3 putridaꝝ:qñ.s.sunt ex de/
bilitate ṽtutis.Cõsequẽterq3 si pulsus fuerit magnꝰ velox
⁊ frequẽs diminuta necessitate alys paribꝰ.pꝛimo frequẽ
tia deperdet̃.Secũdo velocitas.Tertio magnitudo.sicut
pꝛimo venit vltimo recedit.Stãte aũt sic pulsu mãgno.s.
veloci:⁊ spisso diminuatur virtus:tunc pꝛimo deperditur
magnitudo:vt actu3 ẽ:cũ sit differẽtia q̃ maioꝛi cũ difficul/
tate fiat.Pariq3 modo de inobediẽtia ĩstrumẽti dicẽdum
qm̃ ex ĩobediẽtia ĩstrumẽti difficultat̃ ṽtus:⁊ vt semp res
clarioꝛ fiat:hic addo:qḋ gdam dicũt Auicẽ. aperiẽtes.s.ꝙ
pulsus dicit̃ eẽ frequẽs:qñ iter diastolẽ ⁊ sistolẽ modicu3
ĩteruenit tẽpus.Oꝛ si sistoles nullo modo cognita erit:tũc
tẽpus qḋ mediat iter duas diastoles ẽ tempus respectu cu
ius pulsus dicit̃ frequẽs vel rarus.Oꝛ si cognita fuerit vt
supꝛa ꝺm tẽpoꝛa duoꝝ extremoꝝ erit pulsus frequens ra/
rus:aut mediocris.i. ꝺm tẽpus extremi siue qetis:q̃ ẽ iter
sistolem ⁊ diastolẽ sequẽtẽ ⁊ tẽpus extremi siue qetis:q̃ est
ĩter sistole3 ⁊ diastolẽ sequẽtẽ appellat̃.Appellat̃ frequẽs
vel rarus nõ a qete:sed motu pncipaliter:qꝛ ẽ qñ modico
qescit:⁊ multo mouet̃ tẽpoꝛe:ita ꝙ tẽpus qḋ ẽ iter motum
⁊ motũ ẽ breue:vt in exẽplo patauo declarat̃.Nã dicimus
aliquẽ frequẽter bibere qñ paꝝ ẽ tẽpꝰ quo nõ bibit.Et dr̃
talis pulsus cõsequens a cita cõsecutione motus post mo/
tum.Et differt velox a spisso:vt Auic.qm̃ spissus ẽ cũ cõti/
nuitate:velox ṽo cũ motu discreto.

Pulsus rarus siue tardus:quẽ Auic.resolutũ ⁊ lapsũ
vocat:ẽ pulsus in quo tẽpus sensatum qḋ est
ĩter duas pcussiones ẽ magnũ.Nota tñ vt de spisso siue fre
quẽti actũ ẽ cõsequẽter dicere o3:qꝛ vario mõ ꝺm varieta/
tem cognitiõis motus:⁊ qetis in eo:vñ q sistolẽ ꝯpꝛehẽdũt
dicere habẽt:ꝙ raritas attẽdi h3 penes magnitudinẽ tẽpo
ris mẽsurãtis qetẽ iter dilatationẽ ⁊ ꝯstrictionẽ sicut fre/
quẽtia penes paruitatẽ vt supꝛa.Uñ pulsus sic alio rarioꝛ
dicit̃:iter cuiꝰ diastolem ⁊ sistolẽ maioꝛ cadit qes.Penes
ṽo eos q sistolẽ nõ ꝯpꝛehẽdũt.raritas attẽdi h3 penes ma
gnitudinẽ tẽpoꝛis mẽsurãtis qete3 cadẽtem inter diastolẽ
pcedẽtẽ ⁊ sequẽtẽ.Et dicit̃ rarus lapsus quoniã sicut coꝛ/
poꝛa lapsa multũ pausant ⁊ multũ tẽpoꝛis ponũt ĩter mo/
tu3 ⁊ motũ:ita ⁊ pulsus rarus dicit̃ resolutus qꝛ ceteris pa
ribus plus alys resolutione ṽtutis euenit.¶ Raritati aũt
pulsus plures assignant̃ cãe.Pꝛia ẽ fortitudo ṽtutis ⁊ ne/
cessitas pauca cũ obediẽtia ĩstrumẽti.Nã ṽtus foꝛtis ma/
gnificando pulsu3 necessitatẽ superat:qꝛ.s.plus magnifica
tur q̃3 necessitas ĩdigeat:qꝛ.s.vice in vna plus de aere attra
hit q̃3 sit p refrigerio debito necessariũ.Et in hoc casu ta3
diastoles q̃3 sistoles magnificat̃.Uñ qꝛ necessitatẽ non h3
magnã interponit quietẽ:⁊ sic rarificat̃ pulsus:⁊ talis rari/
tas vt p3 ẽ a foꝛtitudine ṽtutis q̃ manifeste etiã alys ex si/
gnis cõpꝛehendit̃ qḋ dr̃.Et sic scḋa addit̃ cã recoꝛdatiõe
digna:qꝛ qñ frĩditas multa diminutã faciens necessitate3
nimiaq3 itensioꝛ ṽtutis debilitas ⁊ pximꝰ pditiõis aduen/
tus.hec ñ raro raritatẽ causant:nã tũc fit de veloci ⁊ spis/
so rarus:qm̃ ṽtuti difficiliꝰ ẽ frequẽtare q̃3 rarificare.sicut
coꝛpoꝛi debili maiꝰ est frequẽter se mouere q̃3 raro iõq3 cũ
moꝛs appꝛopinquat ex frequẽti fit rarus.Et hic aduertat̃
qm̃ iperiti ⁊ ad pauca ĩtuentes sentiẽtes post spissitudine3
cipuum ⁊ magnū vt obstetrix īponat digitū in vulua: ⁊ sentiat si orificiū mr̄icis clausuꝫ sit. Et si sic arguit īpregnationē vt .5. aphorismoꝝ. ꝯmēto. 5°. Nā tp̄e īpregnatiōis nō potest acus ītrare. zi. tertiȷ. de generatiōes embrionis. Item retentio mēstruoꝝ in suo tēpore in muliere bene sana ē satis efficax signum: immo mulieres maxime super hoc solo signo se fundant ei magnā adhibētes fidem: ⁊ efficaciaꝫ Itē q2 sentit dolorē in decimo die a tēpore cōceptiōis. Itē si labia vulue sicca sunt: que in mola ꝯtinue reperiunt̄ humida. Itē ꝙ mulier nō sit artetica: vel ad eaꝫ disposita: q2 in hac dispositione videt̄ vrina silis ⁊c̄. Itē ꝙ nō multū appetat coytuꝫ: ⁊ est verū: vt in pluribꝰ. Itē q2 hꝫ appetitum corruptū ad aliquā determinatā rem in excedēdo nō solū ex parte qualitatis: sed quātitatis. vidi mulierē pregnāteꝫ comedere cineres in magna quātitate. Reperiuntur multe que satiari nō possunt ex comestione alicuius rei iam ex īpregnatione facte grate: vt pomoꝝ cācroꝝ pisciū ⁊ hꝰ. Cō similiter ꝙ abhorreat res sibi cōsuetas ⁊ alias sibi gratas: vt sic appetitus in eis deficiat: nulla īteruenīēte causa alia vt febris ⁊ hꝰ: que possit eē appetitus deiectiua. Et etiaꝫ si cum his sentit se in cruribus languescere ⁊ graues sic fieri Item si sentit in coytu vir eius caput virge cōstringi inhonestum peti a muliere. Itē si mamille īgrossantur. Itē fac experiētiaꝫ. Ipo. aphorismoꝝ. Mulierē si vis scire si cōceperit mellicratum da ei bibere. verbi gratia. ℞. aque pluuialis. ℥. viȷ. mellis. ℥. iiȷ. buliant ad cōsumptionem tertie partis. Et cum mulier vadit dormitum da ei bibere. ℥. vi. Si itaqꝫ sentiat dolorem fortem ⁊ tortionē in ventre iudiciū erit de īpregnatiōe: si vero non: nō. Hec addidi cupiens in omnibus honorem iuuenum medicorū: qui si plura habere voluerint: immo debent: recurrant ad Auicen. zi. tertiȷ allegato capitulo.

De vrinis viroꝝ. Rubrica. XI.



Virorum vrine sunt magis colorate et cū mouentur turbātur ⁊ eaꝝ turbatio ad superiora ascendit. Et sint magis colorate patet ex causis abūdātioribus tingētibus vrinam existētibus in viris: ⁊ cuꝫ mouētur ⁊c̄. Nam vrine viroꝝ sunt subtiliores. Unde partes grosse terree faciliter descendūt per eas. Cum ergo agitantur partes ille grosse mote superiora petentes ptes superiores vrine turbant. In mulieribus vero cum vrine sunt multuꝫ grosse: ⁊ ptes grosse cū sint multū cū subtilibꝰ mixte ex pua agitatiōe nō sic turbant̄: nō potentibꝰ ptibus grossis sic facilr̄ separi: nec p ptes penetrare vt ī viroꝝ vrinis. Et si ꝯtigat eas turbari illa turbatio pua ē in respectu turbatiōis vrinaꝝ masculoꝝ. ⁊ causa patet. Itē spuma mulierū est rotūdior mā ente viscosiori ⁊ in circulū magis apta verti ꝓpter maiorē eius resistentiam quā facit eius fractioni: ⁊ hec spuma ꝫm plurimuꝫ apparet in sūmitate vrīarum mulierū. ¶ In vrinis viroꝝ ilico cuꝫ ꝯmiscentur cū mulieribus apparent fila adinuicem texta: que nō sunt nisi quedam species spermatice retēte in vȷs vrine hora coytus: q̄ cū vrina expellunt̄: ⁊ hec vocant̄ fila spmatica.

De differentia iter vrinā hoīs ⁊ alios liquores ⁊ vrinam alioꝝ animalium. Rub. XII.



Mitto hoc loco colores vrinaꝝ aliorum animalium de q̄bus Auicē. secūda primi allegato loco. Sed tamē ꝓpter deceptiones: quas faciūt trufatores: hic addo qđ est ex duce sumptum. s. moduꝫ distinguendi inter vrinas ⁊ alios liquores. Naꝫ alȷ liquores quāto plus visui appropinquāt tāto clariores iudicantur: econtra de vrina. ¶ Propter qđ sciēdum ꝙ mixtorum quedam habent partes eterogeneas īsensibiles. Quedā sensibiles: quedā nō multū īsensibiles. Exēplū primi. vt vinum putrefactum. Exempluꝫ secūdi. mustū. Exēplum tertiȷ. vrina: quia in ea sunt partes humorales nō multum sensibiles. ¶ Secundo sciendum ꝙ partes humorales vrine sunt in duplici differentia: quedam non habent magnaꝫ mixtionem cum vrina: ⁊ ista sunt que transeunt in hypostasim: ⁊ de his nō est sermo: quedaꝫ habēt magnā mixtioneꝫ cum ea: ita vt nō valeant separari a substantia vrine: ⁊ iste partes videntur de prope: quia in oculo maiorem anguluꝫ causant de longe paruum: ita vt sub illo videri nō possit: ⁊ iō de longe iudicatur clarior. In vino autē aut alio simili liquore partes terree sunt pauce ⁊ parue: ⁊ multū pmixte: hinc est ꝙ de prope nō videntur sicut nec de longe Unde ipsum quasi in omni distantia vniforme iudicatur: lꝫ in longa grossius aliqualr̄ iudicat̄ silr̄ ꝯfuse repsentatis grossis ⁊ subtilibꝰ. In musto aūt ptes eius grosse de prope vident̄ ipsis predominantibꝰ subtilibꝰ de lōge aut eꝯ subtilibus predominantibus: lꝫ etiam grosse videantur. Preter autem hoc signum: est signum sumptum ab odore: vt comprimendo cum manu os vrinalis. deinde odorare manum: ⁊ hoc sagaciter faciēdo propter sagacitates trufatoꝝ Et qđ dictuꝫ est ab Auic. debet intelligi in vrina sana: q2 in diabetica semper apparebit clara ipsa existente indigesta. ⁊ in se nō habente ptes humorales.

De coloribꝰ vrine in omni specie cuiuscūqꝫ humoris apparentibus. Rub. XIII.



Initium faciens a flegmate ipsuꝫ distiguam in species suas colorem ponens vrine vnāquāqꝫ eius speciem denuncians. Flegma igitur diuiditur in naturale: ⁊ nō naturale. ¶ Flegmatis naturalis vrine color iam positus est de coloribus complexionū ⁊ presertim cū est sine febre. Flegmatis aūt naturalis vbi adest febris ipsa flātica vrīa ē subcitrina in suba eiꝰ p totū eq̄liter spissa cuꝫ modica obumbratiōe in parte superiori. ¶ Flegmatis nō nālis q̄ttuor sunt spēs: acetosuꝫ: salsum dulce: ⁊ vitreū. prima quarti de febre flegmatica. cruduꝫ ⁊ mucilaginosuꝫ sub vitreo cōprehenditur. aqueū ⁊ insipidū sub dulci. ponticū vero ⁊ acre sub acetoso: qđ additum est: quoniā prima primi de humoribus oēs istas spēs denoiat. ¶ Flegmatis acetosi absqꝫ febre vrina glauca vel pallida in substātia mediocriter tenuis in parte superiori cū quadā liuiditate siue obumbratiōe. Eius vero que est ex febre vrina ē subcitrina remissa in substātia mediocriter tenuis cū aliquantula obūbratione in parte superiori. ¶ Flegmatis dulcis absqꝫ febre vrina ē citrina p totū spissa sine obūbratiōe ⁊ liuiditate: ⁊ maxime quando est flegma dulce p admixtionē sanguinis cū flegmate insipido. Eius vero qđ est cum febre vrina est in colore flaua: vl̄ subruffa in substātia per totum aliqualiter spissa. ¶ Flegmatis salsi absqꝫ febre vrina est in colore citrina: mediocriter tenuis ī substātia. Eius vō qđ est cū febre vrina est subruffa: vel ruffa in substātia mediocriter tenuis. ¶ Flegmatis vitrei absqꝫ febre vrina alba ⁊ pauca cū globa in fundo siue cū residentia globosa: vel trumbosa. Eius vō qđ ē cū febre vrina est subcitrina globosa.

De coloribus vrinarum in omni specie colere apparentibus. Rubrica. XIIII.



Colere nālis absqꝫ febre iā dictus est color vrine. Et si febrē fecerit ⁊ maxime tertianā siue interpolatā ex mā ad extra putrescēte. Urīa ē in colore ruffa vl̄ subruffa. Rubea vl̄ subrubea: ad sensuꝫ datū supra de colore vrine rubeo in substātia p totū tenuis cū aliq̄li obumbratiōe in pte supiori. Et si feb. fecerit ꝯtinuā vt causonē ⁊c̄. Uria

erit rubicūdior cū substātia tenui p totū. ¶ Colē nō naturalis quatuor sunt spēs. Citrina vitellina: prassina: ⁊ eruginosa. ¶ Urina citrīa sine febre ē citrina in suba mediocriter spissa tenuis sine obumbratiōe in parte superiori. Eius vō q̄ est cū febre: color vrine est citrinus ītensus vł flauus cū substātia vt supra. ¶ Uitelline absq̧ febre color ē citrinus in substātia mediocris. Ista tñ remittunł: ⁊ ītendunł ſm maiorē aut minorē admixtionē colere cū flāte. ¶ Colera prassina ⁊ eruginosa nō ꝯsueuerūt īducere febres neq̧ habitare in venis nisi post maximas egritudines corrūpentes sanguinē: ⁊ humores. vnde nō habēt vrinā colorare. Ꝺ si abūdāt in stō reperiunł: ⁊ emittunł p vomitū aut secessum: ⁊ īducūt fortissima accidentia: ⁊ quandoq̧ mortifera apostemata.

¶ De coloribus vrine in omni specie melancolie apparentibus. Rubrica. XV.

IAm dictus ē color vrine melancolie nālis dū est absq̧ febre. Eius vō que ē cū febre: ⁊ maxīe in die post diem accessionis apparet citrina vł subcitrina cuꝫ tenui substātia iā supercalefacto humore a caliditate putredinali. In die vero ante accessionē ⁊ in die quietis vrina ē discolorata tenuis: vt de nāli sine febre cuꝫ nōdum in ipsum humorē egerit calor putredinalis. Aliquādo vō apparet nigra qñ soluit q̄rtana p vias vrine. de qua supra. ¶ Melācolie vero nō naturalis sine febre vrina ē subcitrina paleari vicina in substātia per totū tenuis. Eius vero que est cū febre post accessionē est ruffa vł subrubea añ accessionē ē citrīa: vel subcitrīa: ⁊ in suba p totū tenuis.

¶ De colorib⁹ vrīe i sanguie apparētib⁹. Rᶜᵃ. XVI.

VRina rubicūda p totū satis spissa cū q̄dā liuiditate ī parte superiori peccatū sanguinis nō naturałr ebuliētis significat. vñ superius rubicūda: ⁊ īferius manifeste liuens in primis dieb⁹: ⁊ in sequētib⁹ in colore inops vel vino nigro corrupto sił's augmasticā significat. Illa vō q̄ est in colore rubicūda in p̄mis: ⁊ in sequētibus dieb⁹ vsq̧ ad sui finē: homotenū significat. ⁊ sił's ē illa q̄ p augmasticā significat. ¶ Postremo notādū p̄mo q in cōtinuis apparēt illi colores q apparēt in interpolatis: sed vtriq̧ debēt eē itēsiores in cōtinuis pp maiorē ebulitionē ⁊ in suba debēt eē magis spisse: ⁊ turbide pp maiorē cōturbationē: ⁊ ebulitionē. ¶ Scđo q colores vrinaꝝ varianł in febrib⁹ ꝯpositis iuxta diuersitatē humoꝝ peccātiuꝫ. vñ in emitriteo in quo ē plurimū colere: ⁊ modicū flātis apparet vrīa ruffa vł subruffa cū mediocri suba. Ꝺ si fuerit nō cū multa colera ⁊ cū multo flāte erit remissior vt flaua cū suba grossa. Et ꝯsiłr suo mō dicał de alijs: tua itaq̧ est hos gradus fantasiare. Nam īfiniti pene sunt vt pꝫ. ¶ Ex qb⁹ oībus habeł iudiciū de febrib⁹ ipsis simplicib⁹: ⁊ ꝯpositis p colores vrinaꝝ sic declaratos: iuxta illa que pmissa sunt de colore vrine ¶ In aphorismis habeł.

¶ Quibus vrine limpide: aut albe male maxime vō si ī neptreticis apparēt. 7ᶻ. q̄rte pticule.

¶ Quibuscūq̧ distātes fiūt vrine his in corpore pturbatio fit ⁊. 31. 7. hic tñ applicari pōt ⁊ caplo de suba. ⁊ tu ꝯsidera.

Capitulum. III. De substantia vrine.

PEr substantiā hic nō ītelligim⁹ substantiā simplicem vel cōpositā vrine: sed modū se habēdi in suba ipsius quo. s. ad grossitiē: vł spissitudinem. Tenuitatē vel subtilitatē vel mediocritatem īter hec siue eius dispositionē in tenuitate ⁊ grossicie ⁊c̄. mō Auic. Et lꝫ genus turbulētie vel claritatis distinguanł a genere sube ab Auic. secūda primi. de vrinis. tñ etiam sub eo ꝯprehendił. Nam Auicē. sub rubrica de substātia vrīe determinat de turbulēta ⁊ clara: vt pꝫ ītuēti. Nam de hoc genere nullam fecit mētionē: nisi in caplo de suba. Et q̄uis ita sit: tñ scito q nō oē spissum est turbulētum neq̧ econuerso. siłr nec oē clarū ē subtile: nec ecōuerso. ¶ Propter qđ notādū q res est aliquādo grossa opaca siue spissa: aliquādo grossa clara aliqñ subtilis clara: aliqñ subtilis opaca siue spissa. Exemplum primi. vt carbo in quo remanserūt ptes terree priuate partibus diafonis: aut q͛ multe sunt terree: ⁊ pauce diafone ⁊c̄. Exēplū secūdi. vt cristallus albumē oui gluten pisciū ⁊ hōꝫ. Nā multe sunt partes in cristallo diafone aquee expanse: ⁊ multe etiam terree ꝯpacte: in quas penetrāt diafone aquee. Exemplum tertij. vt vinum depuratum multum: vt est maluaticum antiquum: nam multe sunt partes diafone aeree: ⁊ aquee cōmixte cū paucis terreis: nūc vero nullis. vnde diafone dominanł multū ⁊c̄. Exemplū quarti. vt in musto. In eo enim sunt multe partes aquee subtiles: ⁊ ideo dicitur subtile. In eo etiā sunt multe ptes terree cū illis aqueis: ⁊ aereis mixte ab eis non separate multuꝫ: ⁊ nec multum ꝯmixte: hinc redditur opacuꝫ. Ꝺ si dicatur de cristallo: Dicēdū q in cristallo diafone sunt ita fortiter cū terreis mixte: vt nō sint ab eis faciłr separabiles: vt sufficientes sunt grossas illuminare: cuius oppositū est in musto. Et in sūma cā diafonitatis est claritas partium. Nam partes superficiales ⁊ centrales possunt terminare visum. Turbulētie vō causa est: q͛ centrales nō termināt visum: sed bene superficiales. Et hoc forte voluit Auic. cum dixit de vrinis p̄mo caplo. Et cū dicim⁹ turbulētie gen⁹: aut claritatis ītelligim⁹ q penetratio visus in ea est facilis: aut nō est: lꝫ adducat aliam cām. ⁊ tu ibi. has aūt differētias cōtingit in vrina posse cōprehendi ⁊c̄. ¶ Et quoniam de grossicie ⁊ subtilitate est facta principałr mētio: hinc ē aduertendus modus quo ꝯprehēdit vrinā fore grossam: aut subtilē. Nam tēto vrinali in manu dextra dꝫ medicus indicē sinistre ponere ad lat⁹ vrinalis distāter p duos digitos vł tres vsq̧ ad q̄tuor: ita q ipse eum videat p vitrū ⁊ ꝯphēdat ei⁹ quātitatē. Quo facto ponat eūdē sub fundo distāter vt supra: ⁊ ipse ꝓspiciat per vrinā tanq̧ p mediū ⁊ si digitus visus ē igrossari: vł apparuerit sub maiori qnātitate tūc vrina erit grossa si nō multū grossus videbił tūc vrina ē subtilis. Et rō qm̄ qñ spēs transeūt de medio densiori ad medium rarius frāgunł a ppendiculari: ⁊ causant maiorē basim in hac restrictiōe siue angulū ī oculo: sꝫ q̄cūq̧ sub maiori angulo videnł maiora apparēt ⁊ sub minori minora. q̊ ex digito viso sub vrinali in magna grossicie iudicādum ē mediū: p qđ trāseūt eē grossuꝫ alijs semp parib⁹: ⁊ talis est vrīa: igił ⁊c̄. Ut aūt hic modus sit verus: oꝫ q̄sdā ꝯditiōes p̄us attēdere. Prīa q digit⁹ nō multū distet ab vrinali. 2ᵃ q vrinale nō multū distet ab oculo 3ᵃ q sit notabilis ⁊ mediocris q̄titatis vrīe: qm̄ qñ pauca non fit multa refractio 4ᵃ q oꝫ medicū eē exptū ī grossicie tpata: vł subtilitate vt sciat sumere lapsuꝫ vrinaꝝ lapsaꝝ ī grossicie: ⁊ subtilitate a tpata ⁊c̄. Docet itaq̧ medicū eē pfectiuū medico aūt experto hec sola q̄rta ꝯditio sufficiet. ¶ Quidā tñ voluerūt hic vno signo turbulētiā: grossiciē claritatē: ⁊ subtilitatem ꝯphēdere dicētes q si post vrinale ponił digit⁹: ipse male vř: aut nō młtū clare ꝯphēdił. Tūc vrīa dicēda ē spissa turbida. Si vō clare ac distincte discernił: tūc dř subtilis ⁊ clara. Dꝫ aūt vrina cadere vt mediū īter oculū ⁊ digitū: vt supra. Ꝺ si medio mō ꝯphēdeł: mediocris erit. Qualis dꝫ eē vrina sani. de q̄ Auic. de vrīa digesta. hec ē mediocris substantie tincture ad citrinū trahēs ⁊c̄. Et iuxta ħ notādum ē q lꝫ plīma de suba vrīe ponanł prio de crisi: tñ illa redu

No oe Spissum e turbulentu
No oe Clarum e Subtile

Siccitas et humiditas sunt cā factiua spissitudinis et subtilitatis.

ci possunt ad quanqȝ: videlicet ad vrinā subtilē absolute: ad grossam absolute: ad mediocriter spissam: ad mediocriter tenuem: ꝛ ad equalē: de q̄ eq̄li statiȝ dicet. Sed vt tactū ē supra in pncipio scdi capli siccitas: ꝛ hūiditas sunt cā factiua spissitudinis ꝛ subtilitatis. Nā ab hūiditate pōt dupliciter ingrossari vrina. Prio mō hūores hūectādo ꝛ liqdos ac cursibiles faciēdo: q cū aq̄sitate vriali pmiscēt eā spissā reddūt. Scdo mō: qn̄ ex nimia hūiditate mēbra relaxant p q̄ facilr humores cū vrina exeunt: dato q ipsa nō reddat ipsos cursibiles: īmo vbi p angustā viā: ꝛ soliditatē mēbroꝝ māe siue hūores retinebant p relaxationē ꝛ amplificationē descendunt: ñ ex h facti cursibiles. Cōsilr dicēdū de siccitate. nā siccitas vno mō facit vrinā tenuē: hūores. s. exiccādo: ꝛ eos reddēdo ineptos ad motū: ꝛ sic igrossant: ꝛ cū vrina exire nō possunt: nec eā sic ispissare: vt si in epate sicco generent hūores sicci: ꝛ opilātes ꝛc. Scdo mō qn̄ mēbꝛa sic exiccatū coangustat: ꝛ sic p viā angustā nō possunt humores cū vrina ad extra ppelli ꝛc. Mediocritas autē iter hec medio mō disponit q̄lis dȝ eē vrina sani: ꝛ bn̄ digesta. Que vrina sani ꝛ bn̄ digesta sic ab Auic. describit scda pmi de vrinis hec ē mediocris subē: ꝛ subtilis tincture ad citrinū trahēs ꝛ ipostasis si ibi fuerit bone dispōnis ꝫ modū quē diximus ex albedine: ꝛ leuitate: ꝛ eq̄litate: ꝛ figure rotūde: ꝛ odoris tpati: ꝛ nec fetida nec extincta: sed de hac plenius in fine: cū de q̄titate ꝛ de cōtentis ptractatū fuerit. ¶ Ex quibus infert q p grossiciē: ꝛ tenuitatē habemus significare sup multitudinē humoꝝ aut paucitatē: latitudinē viaꝝ aut angustiā: aut opilationē aut mēbroꝝ relaxationē ꝛc.

¶ Urina tenuis micta: q̄ postq̄ quieuit ispissat aliqualē digestionē. lȝ occultā significat. Nā nā ꝯmiscuit aliquā substantiā cū aquositate: ꝛ cū h ventū: ꝛ ille ventus ipulit illā substantiā p totā subam vrine: ꝛ iō in pncipio visa ē tenuis. deinde p tps exalato vēto suba illa rarefacta a vento ispissat vn̄ ꝛ vrina spissa redditur.

¶ Urina spissa micta: que postea spissa remanet maiorē q̄ pria significat digestionē: nā nā fuit potēs pturbare: lȝ non fuerit potēs segregare. Cum autē spissa remanet significat maiorē ipressionē ex pte venti: ꝛ hūiditatis.

¶ Urina spissa micta: q̄ postea deponit: ꝛ clarescit maiorē his oibus digestionē significat: nā ex h arguit potētia virtutis in segregando. Nā calidi est segregare eterogenea. prio de generatiōe. Iste tn̄ vrine significāt egritudinē eē in pncipio pcipue cū sunt cū vlibus remissis. Diuersificant tn̄ qn̄ q̄ ē micta spissa: ꝛ postea attennat ē maxie pxima augmento. Que vō ē tenuis: ꝛ tenuis remanet ē magis elongata. Alie vō medio mō ꝛc. Et si iste vrine sic pseuerāt lōgo tēpore longū morbum significant.

¶ Urina valde tenuis in oi dispositiōe significat priuationem digestionis aut in venis opilationē: aut epatis debilitatē: ꝛ canaliū vrine q̄ nō attrahūt nisi qd̄ ē tenue: ꝛ si attrahunt nō eyciūt extra nisi qd̄ subtile ē. Aut multe aque potationē: aut vehemētis frigiditatis cōplexionē cū siccitate. Et dictū est valde tenuis: q2 aliqualr tenuis nō oimodā digōnis puationē significat.

¶ Urina tenuis vt supra in egritudinibus apparēs debilitatem digōnis significat. nā nō fit debita ꝯmixtio ptiū grossarū ꝛc. queadmodū debet fieri a vtute ꝛc. Nā potētia virtutis in spissa monstrat cū ad subtilitatē venit ꝛ ecōtra in subtili cū ad grossā. Urina hec deterior est cū appet i pueris q̄ i iuuenibus. Nā cū sint humidiores eoꝝ vrine debent eē spissiores. Cum itaqȝ i egritudinibus acutis apparēt signū qd̄ magis elōgant a nāli dispōne ꝛc.

¶ Tenuitas vrine in crisim sine ordine qn̄ de grossa mutatur ad subtilē recidiuationē pnosticat. Et dr sine ordine qn̄ de grossa mutat ad subtilē. Nā tunc signū qd̄ tūc retinentur materie que subuersionē facere poterunt ꝛc.

¶ Urina multū spissa ꝫm plurimū maturatōis significat priuationem: ꝛ ꝫ minus humorum grosse substantie maturatōē. Nā vrina significans digestionē debet esse debite substātie. Si ergo fuerit valde grossa significat ipotentiam calidi subtiliātis. In statu tn̄ febriū de mā grossa: ꝛ in apertiōe apostematū pōt eē signū bonū: vt in tēpore quo nā cōsueuit facere crisiȝ: hec vrina apparēs in acutis egritudinibus: vtplimū significat malū. Nā in eis pꝑter subtilitatē māe debet apparere subtilis: q̄ si grossa apparebit significat ebulitionē fortē: ꝛ mām igrossatā p viā adustiōis cū vehemēs icendiū denotabit.

¶ Urina spissa micta in multa quātitate ꝛ sepe ē sanior spissa micta in pauca q̄titate: ꝛ paulatim. Nā pria significat obediētiā māe: ꝛ vtutis potētiā: ecōtra scda.

¶ Cum vrina tenuis in acuta egritudine ad spissitudinē cōuertit: ꝛ nō seqtur requies ꝛ corꝑis leuitas. liquefactionē significat nā significat vehemēs icendium eliquās ꝛc. vn̄ appebit aliqd̄ vestigium vnctuositatis.

¶ Urina spissa perseuerans cū aliquali capitis dolore ꝛ cōfractione: ꝛ pulsatiōe in tymporibus in corpore sano febrē futurā denunciat. Ex his eniȝ arguit ebulitio in mā a qua eleuant vapores ad caput hec signa faciētes.

¶ Urina tenuis in cuius ptibus rubedinis ꝛ citrinitatis fuerit diuersitas laborem inflāmantē significat. Lassitudinē ex inflāmatione cōtingētem. nā hoc cōprehēditur ex diuersitate illoꝝ colorū: quoꝝ qlibet significat caliditatē ꝛ iflammationem. Et ego vidi hāc vrinā in parte superiori igneā ꝛ in inferiori citrinā hec vrina cū tenuitate in qua apparent in fundo sicut furfures egritudie nō existēte in vesica adustionem flegmatis significat. si ad rubeū colorē declinauerint: significat adustionē in renibus adesse.

¶ Urina spissa in febribus acutis ad summum multos significat humores: ꝛ fortasse significat liquefactionē. Nō enim in acuta ex paucitate humorū alijs paribus dȝ vrina grossa fieri vt patet.

¶ Urina spissa remanens spissa in pauca quantitate micta casum virtutis denunciat.

¶ Urina micta aquosa: que aquosa remanet significat priuationem digestionis omnino: nam est signum impotentie caliditatis digerentis: ꝛ etiam debite expellentis coleram.

¶ Urina naturalis coloris que faciliter mingitur superflue spissa ꝛ multa ꝫm plurimum significat bonitatem expulsionis multarum materierum: dato q aliquando significet perditionem. Ex facilitate mictus eius ꝛ multitudine arguitur potentia virtutis: ꝛ obedientia materie. Et si fuerit pauca: ꝛ difficulter micta expectatur perditio: quoniā arguitur q ibi sit multitudo materie cū debilitate vtutis.

¶ Urina spissa bona est in crisibus egritudinum splenis: ꝛ febrium permixtarum. patet.

¶ Urina spissa in qua sedimen est arenosum significat lapidem. Nam lapis non est aliud q̄ arena ꝛc. Nota tamen q si illud sedimen est album significat lapidē vesice. Si vero rubeum renum ꝛc.

¶ Urina spissa que apostematum significat apertionem vt vidi in pleuresi cognoscitur ex eo qd̄ ei admiscet ꝛ ex eo quod precessit. Nam aperto apostemate apparet in vrina materia saniosa reddens vrinam spissam: ꝛ est fetidi odoris. Consimiliter petale furfures: ꝛ huiusmodi sunt signa huius denotantia frusta talia ab epate decidi. Ex eo qd̄ pcessit. quoniam vbi pus fuerit significatio apostematis vesice renū vel epatis: vt si apostema fuerit in gibbo de

bilitata v̾tute epatis in sequestrādo sanguinē vrina p̄us appet vt lotura carnis recētis. Sil'r si in cōcauo resudāte mā ad itestina: egestio sil'is videbit̄. Itē in pleuresi si vrīa spissa ꝛc̄. vt supra videbit̄: significat aptionem apatis: mā trāseūte ꝑ arteriā adorti: aut venas sibi ꝓpinq̄s. Nam he sunt ꝓpinq̄ pleure: vn̄ ꝑ porositates descēdēdo igredit̄ vias vrine ꝛc̄. vn̄ Aui. de suba vrine: tūc apostema qd̄ est apatum lateris exiuit ex ꝑte arterie maioris. Or si sanies fuerit bn̄ digesta cōueniēs ꝛc̄. nota tn̄ ꝙ via trāsitus saniei hora crisis ad vias vrine nō est medico bene nota.

¶ Urina spissa in sano qui dimisit exercitiū in qua appet: sicut pus ꝛ virus tenue: qn̄qꝫ est signū liberationis lassitudinis in quam icurrit ex dimissione exercitij. Nam tūc cōprehendit̄ mām cōgregatā euacuari: que erat vt pondus ꝛ grauedo ꝛc̄.

¶ Urina spissa sic egrediēs: aliqn̄ significat de opil'one epatis: ꝛ venaꝝ ante ipm: aut splenis aut stomachi ꝛc̄. Cōp̄hendit̄ aūt ex dolore ꝛ grauamine: ꝛ ex colore: qm̄ si fuerit ex splene erit illic dolor: ꝛ tendet ad nigruꝫ: cum ab eo colera nigra veniat ꝛc̄. Et cōsimil'r de alijs. Nam in opilatione epatis vrina spissa apparēs significat aptionē opilationum ei⁹: ꝛ viaꝝ vrine ꝓpter qd̄ expectāda est in liberatione cōpleta fluxus epatici ꝯtingētis ex opil'one ꝛc̄.

¶ Urina spissa sil'is vrine asinoꝝ vel alioꝝ aīaliuꝫ que declinat ad albedinē cū ꝑticipatione cuiusdā citrinitatis humoꝝ corruptionē significat. Et qd̄ magis significat est flegma crudum: in quo aliqua caliditas opata fuit: ꝛ ipm cū grossa vētositate ebulire facit: significat ꝛ qn̄qꝫ doloreꝫ capitis venturum: aut stillicidium flegmatis a capite ad tracheam arteriā que si ꝑseuerauerit significat litargiam.

¶ Urina tenuis que sil'is est in diabete: vl'ei sil'is ꝑseuerās in egritudinib⁹ acutis cum ꝑmixtione rōnis mortē ꝓnosticat̄: ꝓpterea ꝙ materie superueniunt cerebro: ꝛ aufertur anima secūda primi.

¶ Urina tenuis in grossam cōuersa in febre acuta cum signis bonis significat crisim cum sudore. Or si non fuerint signa bona. ꝛ aderit febris vehemētis inflāmationis significat inflāmationem in corde: aut epate.

¶ Urina grossa que ante crisim clarificat̄ in febre acuta ē signum nō bonuꝫ. Illud enī est signū retētionis materiei: ꝛ defectum nature in expellēdo eam.

¶ Urina grossa turbulēta ī qua nō residet aliquid nec clarificat̄ significat ebulitionē: ꝓpter vehemētiam caliditatis extranee: ꝛ debilitatem īnate digerētis: quapropter in morbo acuto est mala: ꝛ hec est vt subiugalis. ¶ Propter qd̄ notāduꝫ ꝙ dupl'r causari pōt hec vrina turbulēta siue subiugalis. vno mō ꝓpter mortificationē caloris: qꝛ cū debilitat̄ cā debilitat̄ effect⁹. Sed seq̄stratio partiū subtiliuꝫ a partibus grossis fit a calore. ergo ipso deficiēte sequitur ꝑmixtio subtiliū cum grossis. Et est simile sicut inspissatur vrina ab aere extrīseco quādo corrūpit̄. Nam medici ordināt: vt teneat̄ in loco calido: vt supra. vt fiat hec ꝑmixtio ꝛc̄. Et si querat̄: quare partes terree derelicte ꝛc̄. nō descendūt ꝛc̄. dr̄. ꝙ hoc est ꝓpter paruitatē eaꝝ: vn̄ reddunt̄ īpotētes ad diuidēdū mediū. naꝫ in eis sic paruis est satis remissa grauitas. Alio modo fit ꝓpter fortē ebulitionem. Nam cum accidit ebulitio in humiditate que est cuꝫ sanguine trāsmissa: etiam ebuliūt humores ad ītra venas. vn̄ partes fecales grosse cōmiscent̄ cum illa aquositate: ꝛ qa aquositas facta est rebellis: ꝛ nature disproportionata membris. hinc insurgit virtus expulsiua: ꝛ expellit ipsaꝫ sic turbidam per venas vsqꝫ ad venaꝫ chilis: ꝛ ab ista per venas emulgētes ad vesicam: vt supra in p̄ncipio tractatus. Dicit̄ etiam hec vrina mala in morbo acuto. nam cum materia faciēs morbū acutum sit subtilis: etiā vrina debet esse subtilis. Si ergo est grossa significat vehemētem ebulitionem ꝛ grossam mām per viam adustionis: ꝛ multā debilitatem calidi nō potētis subtiliare ꝛc̄. Sed vrina subiugalis que est ex ebulitiōe apparet in pricipio: que v̾o ex mortificatione apparet in fine morboꝝ acutoꝝ. Et de hac vrina loquit̄ Galienus 4° affori smoꝝ. cōmento. 70. Propter enim humoris corruptionē ꝛ actionē caloris fortis in materiā grossam: ex qua actione accidit ebulitio cum vētositate grossa turbāte fit hec vrina queādmodū videmus in actione ignis in picem: rasinā cerā: ꝛ h⁹. Nam statim apparet ex actione ignis aliqd̄ taliū eleuatio rei corpulēte turbate ex vētositate grossa eleuata. Unde ꝓpter ꝓnosticum subdit Galienus. Quedā aūt h⁹ vrinaꝝ turbulēte existūt quedam hypostasim grossaꝫ velociter faciūt: qd̄ cum fiat velocitatē cessantis morbi significāt. Que v̾o hypostasim nō faciūt: ꝛ turbulēte existūt: vt est subiugalis: si virtus est fortis longum morbum significāt: si debilis mortem.

¶ Ex parte coloris ꝛ substantie simul: vrīa oleagina: cuius color: ꝛ substātia est similis oleo est mala: si tamen alia apparuerint signa bona nō est verēda. Item mutatio vrine subito de signis laudabilibus ad signa vituꝑabilia in egritudinibus acutis significat mortē: quoniā significat subitum casum virtutis ꝓpter prauitatē accidentiū.

¶ Urina oleaginea: quādoqꝫ significat permixtionē rationis: ꝛ special'r quādo facta est ex exiccatiōe: quia tūc facta est eliquatio ꝛ consumptio humiditatum cerebri ꝛc̄. ꝛ hoc in egritudine acuta.

¶ Urina que in p̄ncipio acutarum conuertit̄ ad grossitiē: ꝛ ad albedinē ꝛ remanet feculenta ꝛ turbida: vt est vrina asini: ꝛ īcipit exire inuolūtarie cum vigilijs: ꝛ ingetudīb⁹ significat spasmū vtriusqꝫ lateris: cui succedit mors: ꝛ specialiter cum nō fuerint signa alia bona iuncta.

¶ In afforismis habet̄ de suba vrīe. 4ª affōꝝ. 69. affō.

¶ Quib⁹ vrine grosse ꝛ globose non sine febre multitudo ex his tenuis veniens iuuat. Maxime v̾o talia fiūt qb⁹ ex p̄ncipio vel post p̄ncipium: aut celerius hypostasim habēt

¶ Item. 70. eiusdē. ¶ Quibuscūqꝫ in febribus vrine conturbate velut subiugalium his capitis dolores aut adsūt aut aderunt.

Capitulum. IIII. De quantitate vrine.



Vantitas vrīe sumit̄ ex ei⁹ multitudie paucitate ꝛ mediocritate. ¶ Urīe. n. multitudo siue q̄ntitas multa ex septē causis sumi pōt. ¶ Primo q̄dē multiplicat̄ vrīa ob cibi multi ꝛ pot⁹ assūptionē: ꝛ pot⁹ p̄cipue. vt. s̄. vn̄ si q̄s cibū ml'tū ac potū assumpserit: ꝛ nō forti exercitio exercitet̄: aut sudorē nō ml'tiplicauerit: aut nō fuerit multū calidus: ꝛ sicc⁹: ꝛ vrinā paucā fecerit suspicādum: ne illa aq̊sa sup̄fluitas retēta ī locū medium īter siphac ꝛ mirach ꝯphēdat̄: ꝛ tādē ad ydropē ꝑueiat: cū his tn̄ ħ attēto ꝙ fluxū vētris nō patiat̄. nā ex ml'to secessu paucificat̄ vrīa. 4° affōꝝ. ¶ 2° multiplicari pōt ex repl'one multoꝝ hūoꝝ in venis exn̄tiū: a qb⁹ multa resecat̄ hūiditas ī vesicā descēdēs. ¶ 3° mō ī via crisis nā creticante ꝑ illā viā. ¶ 4° q̄n feb. ē icēsiua liq̄factiua liq̄faciēs hūores corꝑis. vt cū dissoluit̄ flā spāl'r: aut cū dissoluunt̄ hūiditates nāles: vt ī p̄n° ethice: vn̄ tūc seq̄t̄ nō alleuiatio: sꝫ aggrauatio: ꝛ tūc appet vrīa vnctuosa: vt. s̄. ī p̄cedēti ca°. ¶ 5° ꝑꝑ nimiā renū calitatē: attrahētē ad se aq̄sitatē ab epe: ātēq̄ꝫ digō fiat ī eo: vt ē ī diabetica passiōe: ꝛ tūc vrīa ē valde ml'ta ꝛ aq̄sa tenuis quemadmodū accidit in crapula. ¶ Sexto vsus diureticorum vini aquosi: ꝛ huiusmodi: que vrinā multiplicant. ¶ Septio ꝑuitas expulsiōis aliaꝝ sup̄fluitatū: iuxta illō

cõmune: tria sunt que augmẽtata se diminuũt: ⁊ diminuta se augmentant: Sudor: egestio: ⁊ vrina.

¶ Paucitas võ nouẽ causis fieri põt. Primo q̃dem ꝓpter paucitatẽ cibi ⁊ potꝰ. ¶ Scđo euacuatio ꝑ alias regiones: vt est egõ sudor ⁊ hꝫ. ¶ Tertio opilõ in vijs vrialibꝰ: aut collo vesice ꝯtigẽs: vt ĩ calculosis: aut alr̃ quõlꝫ ex alio humore ⁊c̃. ¶ Quarto q2 aquositas retinet̃ in loco aliq̊: vt ĩ idrope. ¶ Quĩto ꝑꝑ nimiã febrilẽ caliditatẽ ꝯsumẽtẽ humiditatẽ: vt ꝯtigit ĩ febre acuta: ⁊ est signũ mortale. ¶ Sexto ꝓpter mortificationẽ caloris ⁊ v̾tutis: vt in ꝓximis morti. ¶ Septiõ ꝓpter nimiã friditatẽ ꝑaliticãtẽ vesicã vt in strãguria. ¶ Octauo ⁊ ꝑticularĩꝰ ex ap̃ate ani: aut colli vesice ad ex̃: aut ap̃ate m̃ricis coartãte collũ vesice: vt qñ factũ est in anteriori ꝑte matricis: aut ꝯstrĩgẽtis vesicã: ita ꝙ nõ põt sil' multa q̃ntitas emitti: sed neĉio paulatĩ mĩgit̃: queãdmodũ ꝯtingit in p̃gnãtibꝰ in q̃bꝰ fetꝰ cõprimẽs vesicaꝫ est cã freq̃ntis mictꝰ ⁊ pauci: hec tñ cã sub eo: qđ dcm̃ ẽ de opilõne ꝯp̄hẽdi põt. ¶ Nono cruditas: ⁊ cõpacitas humorꝝ põt esse cã paucitatis vrine: qm̃ sic dispositi nõ descẽdunt cum vrina: sꝫ remanent fixi ⁊c̃.

¶ De vrĩa pauce q̃ntitatis inq̃t Aui. ꝙ ipsa v̾tutis significat debilitatẽ. Et illa q̃ est minꝰ eo qđ bibit̃ resolõnẽ multam significat: ⁊ aptitudinẽ ad idropẽ. Sꝫ opꝫ ista moderare ⁊ v̾ificare ex his q̃ dicta sunt de cã paucitatis. ⁊ tu cõsidera.

¶ Urina multe q̃ntitatis qñqꝫ significat liq̃factionẽꝫ: ⁊ tũc est mala qñqꝫ sup̾fluitatũ liq̃factaꝝ ⁊c̃. dictũ est. ¶ Uria diuersaꝝ dispõnuꝫ: que qñqꝫ mingit̃ multa: qñqꝫ pauca: ⁊ qñqꝫ retinet̃ est significatio laboris: ⁊ pugne nature: ⁊ ẽ significatio mala: qm̃ significat nãm non esse potẽtẽ ad cõtinuandũ motũ: ⁊ pugnã cõtra nãm: ⁊ qñqꝫ significat grossitudine hũorꝝ: ⁊ ꝙ ipsi difficulter suscipiũt digõnẽ. Or si fe. fuerit q̃eta significat lõgitudinẽ ꝓpter grossitiẽ humorꝝ.

¶ Multitudo in acutis egritudibꝰ cũ post ipsam nõ adueniat reges est significatio ethice ⁊ spasmi ex ĩflãmatione ⁊ sudor: q2. s. si post eũ nõ sequit̃ reges: qm̃ est signũ eliq̃tionis: ⁊ ĩflãmationis humiditatũ: ⁊ exiccationis eaꝝ: ⁊ ex cõsequẽti nõ miret̃ si spasmus de siccitate expectat̃: ⁊ p̃cipue in pueris: ⁊ silibꝰ ⁊c̃. Ex q̃bꝰ ꝯcludit̃ ꝙ mediocritas vrine ex causis medijs causat̃. Et tu considera.

Et congruuꝫ videt̃: vt post determinationeꝫ de sub̃a vrine: ⁊ eiꝰ q̃ntitate agat̃ de q̃litate sep̄ationis eiꝰ. ¶ Jõqꝫ aduertẽdũ ꝙ qñ patiẽs febreꝫ acutã nõ põt mingere nisi paꝝ: ⁊ cum dolore absqꝫ vulnere: aut ap̃ate in instr̃is vrine: ⁊ hꝫ pulsum frequẽtẽ ⁊ debilem est signũ malũ. ¶ Cum retinet̃ vrina in febre ꝯtinua ⁊ est vehemẽtia doloris capitis: ⁊ ml't'itudo sudoris signũ est futuri spasmi. ¶ Urina que guttatiꝫ stillat̃ in febre cõtinua: ⁊ cum vehemẽtia doloris capitis: ⁊ cũ multitudine sudoris significat zuzezi. i. ⁊c̃. ¶ Urina que guttatiꝫ distillat̃ in q̃ete significat fluxũ sanguis nariũ. Or si febris fuerit acuta ĩcẽsiuã significat dispõnẽ malã: ⁊ adueniẽtẽ cerebro. Et si fuerit q̃eta significat multitudinẽ repletionis: ⁊ debilitatẽ nature in expellẽdo. ¶ Et cã vrine in egritudinibꝰ acutis egrediẽtis in volũtarie est d̾bilitas v̾tutis: aut nocumẽtũ in cerebro: ⁊ nõ fit illud: nisi ꝑꝑ ascẽsionẽ mãe acute calefacte ad cerebꝝ: q̃re cõicat ei mẽbra lacertosa.

¶ In afforismis. ¶ Urina noctu multa facta modicum secessum significat: ⁊ ecõuerso. 7ꝰ. quinte.

¶ Quibuscũqꝫ ex strãguria yleon ĩnascit̃ in septẽ diebꝰ pereunt. Si võ feb. sup̾ueniẽte vrina multa fluxerit. Stranguriam ⁊ dissuriaꝫ repletio vini: ⁊ flõmia soluit. Incidere võ venam: que est intus talum bonum. 44. scđe.

¶ Postremo notãdum ꝙ mulieres plus multo mingunt viris: ꝓpter tres causas. p̊mo ꝓpter impotentiaꝫ virtutis ad resoluẽdum materias sup̾fluas. Secũdo: quia sunt magis humide alijs paribꝰ. Tertio: q2 habẽt vasa valde lata ⁊ ampla. Et ideo caue ne ab eis sis deceptus: ꝙ frequẽter non ostendũt totam quantitatẽ vrine eaꝝ: ne ex tãta quãtitate medicus iudicet eas multum potasse.

Capitulũ. V. de contentis vrine cõtinẽs Rubricas. 18.

¶ De odore ⁊ sapore vrine. Rub. I.

PEr contentum vrine hic satis vniuersaliter ĩtelligo omne illud ꝙ post colorẽ substãtiã: ⁊ quãtitatem a sensu aliquo in vrina comprehenditur. Unde ⁊ sub contẽto hoc modo odor ⁊ sapor: ⁊ spuma comp̄hẽdit̃: plurimi enim capl'a specialia: ac distincta de his fecerũt: sed ob maiorẽ breuitatẽ omnia hec cum alijs cõtentis sub vno comp̄hendã capl'o. Contẽta itaqꝫ sunt. 21. s. odor: sapor: spuma: pinguedo: ampulla: circulus: granula: nebula: humor: pus: sanguis: sperma: atomus: hypostasis: furfur: crinoydes: squame: cinis: pilus: sabulus: vapor. Et de decem ⁊ nouẽ tales reperiuntur versus. Circulus: ampulla: granum: nubecula: spuma: Pus: pinguedo: pilus: sanguis: arena: chimus Furfura: crinoydes: squame: partes athomose Sp̄ma: cinis: sedimen: sp̄us alta petens. Quibꝰ addant̃ odor ⁊ sapor: de q̃bꝰ p̊us.

¶ Urina odore p̊uata s̾m plimũ friditatẽ compl'onis: aut sup̾fluã cruditatẽ significat. Naꝫ odor qui est q̃litas scđa ex dñio caloris ꝯsurgit: ⁊ dr̃ s̾m plimũ: qm̃ mã hñte raptũ ad sup̾iora: vt in frenesi discolorata app̾et: ⁊ odore p̊uata: ⁊ tñ est ibi caliditas ⁊c̃. Et quarto affõꝝ. affõ. 72. Urina talis plerũqꝫ in acutis egritudinibꝰ extinctionẽ caloris significat: nam factus est impotẽs ad cõmiscẽdũ humores odorem faciẽtes in vrina: ꝓpter eiꝰ extinctionẽ ⁊c̃.

¶ Cum vrina fuerit odoris fetidi: ⁊ habuerit maturatiõis signa: tũc significat scabiẽ: aut vlcera in instr̃is vrine. Or si non affuerint signa maturationis suspicãdũ est ex putrefactione in venis ex̃ñte hoc cõtingere: clara sunt hec. Naꝫ fetor putrefactionẽ significat. Item opꝫ signa alia notare de lesione alioꝝ mẽbroꝝ: si canon iste v̾ificari dꝫ. Cum talis apparuerit vrina: ⁊ non vicio illoꝝ membroꝝ: ⁊ hoc in febre acuta signum malum. Nam vehementem putrefafactionem ⁊ rebellionem sup̾fluitatuꝫ portendit.

¶ Urina cuius odor ad acredinem trahit putrefactionem humorꝝ frigidam substãtiam habentiuꝫ significat calore extraneo superante. Nam calor extraneus inducẽs in humoribus frigidis ebulitionẽ causat. saporem acetosum: lꝫ etiam a frigido possit causari. vt p̊ma p̊mi de humoribus.

¶ Hec vrina si in febribus acutis apparuerit: mortem ꝓnosticabit. quoniam tunc erit signum ꝙ hic odor causatus est a calore remisso ⁊ mortificato nãli sup̾ante ex̃neo.

¶ Urina cuius odor ad dulcedinem trahit dominiuꝫ sanguinis significat ad dulcedinem. i. ad mitem ⁊ suauem: vt est odor lactis vel sanguinis: ita ꝙ debens iudicare de tali odore prius dꝫ hẽre notitiã de odore lactis vel sanguis.

¶ Urina cuius fetor siue odor est multuꝫ acutus materiã colericam denũciat. Naꝫ cuꝫ sit humor subtilis valde calidus ⁊ acutus: hinc eius odor ⁊c̃.

¶ Urina cuius fetor vel odor ad acredineꝫ trahit melancolicam significat materiaꝫ: qm̃ melancolia ipsa est acris odoris. Nota tamen ꝙ ⁊ flegma acre est huiusmodi: quare distingue ex parte grossitiei: ⁊ subtilitate vrine: quãdo in flegmate est grossior ⁊c̃.

¶ In acutis egritudinibus cum fetor in vrina presentabit̃ postea subito remouebitur. ⁊ non fuerit secuta alleuiatio signum erit casus virtutis: quoniã ex quo non alleuiabit̃ signuꝫ erit cũ alijs, in materia putrida retinebit̃ ⁊ ꝙ v̾tus facta est impotẽs expellere.

¶ Postremo scito ꝙ cū in sano vrina fetida ꝑseuerauerit significabit febriū putridaꝝ euētū: aut retētā putrefactionem minorari: ⁊ ex ꝯn̄ti aleuiatione cōphēdet post eius mictū. Nam ꝑseuerante putrefactiōe nō alleuiato corpore merito exspectāde sūt febres ⁊c̄.

De sapore

aūt quō multi trufatores dicūt esse necessariū ad cognitionē dispōnū vrine dico verbū Aui. 2ª p̄mi de vrinis p̄ caplo. Sūt qdā q īter hec genera ponūt genus tact⁹: ⁊ gen⁹ saporis: sed nos ꝑycimus Urina tn̄ salsi est saporis: vt supra.

¶ De circulo vrine. Rub. II.

CIrculus est qd supeminēs vrine: ⁊ iō a quibusdā ꝓnūciat nō eē ĩe iter cōtenta vrine enumerādus: de quo circulo: ⁊ ei⁹ significatōe in dispōne humani corpis est suspicādū: vt sit satis efficax signū: imo īter signa nedū fortia: s ne mediocria sit numerādus. Cuz ab auctorib⁹ nr̄is ꝓstātissimis: q de significatōib⁹ sumptis ab vrina ⁊ cōtentis ei⁹ nulla de eo spālis fiat mētio. Un̄ ne hypo. ne Gal. ne ysaac: ne Aui. de eo qc dixerūt. Salernitani tn̄ de eo mētionē fecerūt: q fortasse ex lōga vrīe īspectione aliqd ꝟitatis ex eo cōphēderūt. Et qδ dcm̄ est de eo ītelligat ð granis ⁊ ꝑtib⁹ atomosis. Et qm̄ iuuenes maxie oīa ītelligere cupiūt: hic breui⁹ q potero suis locis mētionē faciā: nō omittens q̄ erūt ad eoꝝ plenā ītelligentiā.

¶ Circulus est suba multū aquosa: ⁊ diafona ex ꝑticipatōe ꝑtiū multū aereaꝝ in circūferētia vrīe visu ꝯphēsa. Et dr̄ ꝯphēsa: qm̄ ēt ei⁹ suba ꝑ totā sup̄ficiē vrīe expādit: q̄ tn̄ visu nō ꝯphēdit. Et sic in supiori ꝑte vrīe: collocat ita dicūt sup ꝑtes corpis supiores: vt capitl h̄re significationē. nā vr̄ ipse gnāri: ex ꝑtib⁹ leuiorib⁹ māꝝ petētibus supiora.

¶ Circulus albus spissus significat abūdātiā flātis in ꝑte capitis posteriori: eo ꝙ in illa magis abūdat flegma.

¶ Circulus citrinus ꝓn̄tiā humoꝝ colericoꝝ in dextra ꝑte capitis significat: eo ꝙ in illa magis abundat colera.

¶ Circulus in suba tenuis colore pallidus vel fusc⁹ hūoꝝ: aut vapoꝝ melicoruz ascēsuz ad partem sinistrā capitis: eo ꝙ in ea parte est splen.

¶ Circulus in colore rube⁹ in suba spissus vapoꝝ aut hūoꝝ sanguineoꝝ ascēsuz in ꝑte an̄riori significat. Nā in ꝑte an̄riori sunt pl'es vene ⁊ arterie q̄ sanguis multi sunt ꝯtētiue. Un̄ ꝯstātin⁹ in viatico. Caput in q̄tuor diuidit ꝑtes. Naz ī posteriori dn̄at flegma. In an̄riori sanguis. In sinistra melācolia. In dextra col'a. Et cuz ab his causis circulus causari habeat hinc ⁊c̄.

¶ De ampulla vrine. Rub. III.

AMpulla est corp⁹ ꝑuū rotūdū ex vētositate grossa: aut vapore incluso sub ꝑtib⁹ viscosis: ⁊ aqueis vrīe genitū in supiori ei⁹ ꝑte eminēs. Nā vētositas grossa īclusa in ꝑtib⁹ illis ad supiora eleuat in cupū: queādmodū videm⁹ ī sputo emisso ꝑ calamū a pueris. vn̄ faciūt ampullas magnas. Nā in medio vie sputū viscosū: aut aq̄ viscosa secū trahēs aerē īcubū: vt in rotūdū eleuat ꝑ subīclusionē aeris petētis exitū: ⁊ ꝑꝑ ip̄m sputū vel aquā ꝓhibētē sua grossa viscositate ip̄m exalare. Nā qn̄ ꝯtigit ꝙ viscositas est pauce resistētie. vn̄ tūc facil'r frāgunt ampulle: vt qn̄ appet ꝙ factis ampull'i migēdo vrinā statī rūpunt. Ex quo īfert ꝙ alys parib⁹ vinū qδ eas retinet lōgiori tꝑe est meli⁹ illo qδ pauco tꝑe eas detinet. ⁊ dcm̄ ē grossa viscosa ⁊c̄. qm̄ si vētositas eēt valde subtilis exalaret: sil'r si humiditas nō eēt viscosa notabil'r nō resisteret ⁊c̄. ita ꝙ requirit hic qδ dcm̄ ē. ¶ Et ꝑꝑ iuuenes sciēdū: ꝙ qn̄ in hoīe reperiunt humores crudi viscosi: ⁊ vētositas grossa: ⁊ illi expullunt ꝑ vias vrīe: tūc in eoꝝ trāsitu ꝑ angustos meatus cōmiscent: ⁊ cū ad ex pellunt vētositas petit exitū: ⁊ ꝑtem supiorē. Un̄ hūor sua viscositate exitū talez ꝓhibēs est cā: vt ide āpulla gn̄et: vt dcm̄ ē. ¶ Ex qb⁹ īfert ꝙ alys parib⁹ q̄to ampulla fuit mior iudicādū est eā tāto magis ꝑ āgustiores vias deriuatā eē. Un̄ multi volūt cū āpulle fuerūt grosse iudicādū eē sup dispōnē stōi: ⁊ mēbroꝝ nutritiuoꝝ: qm̄ vie sunt latiores his q̄ sunt mēbroꝝ supioꝝ: ⁊ cū fuerit subtiles sup dispōnez cerebri ⁊c̄. ¶ Infert 2° ꝙ vrina tali apparēte ī morbo. s. cū ampullis multis: ⁊ grossis: ⁊ ip̄a ꝑseuerāte signū est lōgitudīs morbi ipsi⁹. ¶ Infert 3° ꝙ hec vrina futuꝝ lapidē in renib⁹ ꝓnosticat. Nā cū humiditas ista viscosa ꝑ ipsos renes trāseat: que nō digerit: nisi in longo tꝑe arbitrādū eā ibi detineri: cū ip̄a sit grossa: vt suppositū est: ⁊ locus angustus: q̄re in tꝑe aduret: ⁊ in lapidē cōuertet. Et hoc est qδ voluit Hyp. 7° affoꝝ. affō. 32. Quibuscū in vrinis sup̄natāt ampulle his nefreticā significāt: ⁊ longā egritudinē fore. ¶ Infert 4° ꝙ iste significāt viscositatē humoꝝ: ⁊ vētositatē grossam in corꝑe abūdantē: ꝑ qm̄ sunt effect⁹ haꝝ causaꝝ. ¶ Infert 5° ꝙ talis vrina apparens in morbis renū est iudicāda mala: ꝑ qm̄ ostendit māam ex qua facil'r generari pōt lapis: etiā māam viscosaz grossam frigidā: ac vētositatē grossam: ex qbus renes ipsi multū grauari possunt ob eaꝝ angustas vias. Uiscositatē aūt ampullaꝝ maiorē aut minorē cōphendemus: vt de spuma dicet. Et tu ibi.

¶ De granis vrine. Rub. IIII.

GRana sunt corpora parua: que ꝓpter eoꝝ ꝑuitatē vix visuz mouent: ⁊ genita sunt vt ampulle: sed ꝓpter eorū paruitatē non dicunt ampulle: ⁊ ista apparēt in circulo: ⁊ aliqn̄ sub circulo: vt dictum fuit ī de vrina pregnantiū: habēt aūt modicā significationem vltra illud qδ dictū fuit: nec de eis veteres mētionē fecerūt: significāt aūt māam reumatizantē: vt de minutis ampullis ⁊c̄. Scito tamen ꝙ causa in eis non est ita fortis: sicut in ampulla.

¶ De nebula vrine. Rub. V.

NEbula est quedā obūbratio in superiori regione vrine apparens ex adustione humoꝝ genita: vnde facta adustione ī humoribus: ⁊ maxime in p̄ncipio febrium in magna epatis supcalefactione accidit ab his vapores magnos eleuari: qui expulsi cū aquositate vrinali: deinde sua natura supiorē regionē vrine petentes ipsam obūbrant. ¶ Ex quo apparet ꝙ tali apparēte debet esse difficultas anhelit⁹. Et forte hoc est ꝙ qdam dixerūt ipsam significare angustiaz pectoris ꝺm pl'imum.

¶ In affforismis.

¶ Quib⁹ scdō die egritudo termīat his nubē hz rubeaz q̄rta die vrina: ⁊ alia signa ꝺm rationē. 7i. quarte.

¶ De spuma vrine. Rubr. VI.

SPuma nō est aliud q̄ multaruz ampullaꝝ aggregatio: que ex eisdem fit causis ex quibus ampulla. ¶ Sed vltra illas nota ꝙ caliditas in humorib⁹ ebullitionem inducēs: ⁊ magnam partem in vaporem cōuertēs est causa factiua spume: ⁊ ampullarum illis vaporib⁹ inclusis: vt dictū est. Sed due cause dicte fuerūt immediate hec nota. ⁊ tertia meditata. Cognoscitur spuma que a colore generat: ab alia que ex alys generat causis: quoniam illa est tincta parua ⁊ minuta: alia ꝟo ecōtra. Ex quo infertur ꝙ aliquādo habet significare sup materiam frigidā grossam: aliqn̄ sup fortē calorem. Per sui colorē etiā significam⁹ sup māam: ⁊ cū fuerit alba sup fridaz ⁊ crudā: ⁊ sic vt pl'imū est. Citrina ꝟo sup māam colericam

grossaȝ ⁊ viscosam: vt in icteritia citrina. Itē in supcalefactōe epatis. Nigra sup meliā flegmati admixtā: vt i icteritia nigra viridis significat adustionē. Liuēs mortificationē. Spuma magna: q2 lōga lata ⁊ pfunda: ⁊ q̄n est vni⁹ digiti vel circa multā viscositatē ⁊ vētositatē significat. ecōtra pua. Eius aūt viscositas magna aut pua comphendit ex ɔquassatione vrinalis. nā si ex tali ɔquassatione spuma cito frāgiꝛ est pauce viscositatis si tarde mlte ⁊c. Spuma multa ⁊ ampulle multe pseuerātes significat opilationē. nā signū est ꝙ corp⁹ abūdat vētositate mlta: que si p vias tā angustas a nā expelliꝛ: signū est ꝙ opilō ē in alȝ vys p quas nā cōmodius poterat expellere. ɔsidera.

℄ De pure vrine. Rub. VII.

Pus est hūiditas putrefacta i fundo vrialis apparēs: de quo diceꝛ ampli⁹ cū locutus fuero de hypostasi. Pōt hoc pus a plib⁹ locis puenire. Primo ab vlcere colli vesice: ⁊ est ꝭm plȝ: ⁊ tūc patiēs sentit i extremitate vge: ⁊ est sanies multa: ⁊ sentiꝛ fetor notabilis ex eius odoratu ⁊c. q̄ collige. 19. tertij. ca° ꝓpo. Qn̄qȝ est ex vlcere in poris vritidibus: ⁊ tūc sanies est pauca: nō cum fetore tāto ⁊c. Quādoqȝ est ex renibus. Quādoqȝ ex epate. Quādoqȝ ex apostemate aliūde genito: vt i est videre in pleuresi cū nā purgaꝛ p illas vias: vt supra. dolor eni ⁊ cetera signa distinguit iter hec. Ut si fuerit ex epate dolor in parte dextra sub hypocūdrio ⁊c. tu signa distinctiua suis collige caplis: nō incōuenit tñ aliq̄n emittere mām saniosam: dato ꝙ nō fuerit ruptū apa aliq̄ð in mēbro pticulari: ⁊ tu ɔsidera. ℄ In afforismis q̄rta affō. affō. 81. Quibus in vriali via vel vga pustule nascunꝛ sanie facta ⁊ erupta solo fit. Sed scito ꝙ q̄n vlceratio est in carne sanies ē multa si in venis vel arterys: tūc nō fluit sanies: sȝ sāguis.

℄ De pinguedine vrine. Rub. VIII.

Pinguedo est suba vt tela aranea vnctuosa in supficie vrine apparens: hec nāqȝ vnctuositas: qn̄qȝ est vicio renuȝ vt ex forti calore liquaꝛ eoꝝ piguedo: qn̄qȝ est ex liq̄factione pinguedis siue vnctuositatis mēbroꝝ. Comphēdiꝛ. n. dr̄ia ex hoc: q̄n que ex liq̄factōe mēbroꝝ puenit semp est cū febre ⁊ extenuatōe corpis pauca mali coloris: pauce q̄titatis: ⁊ vnctuositas illa nō ita cito videꝛ post ei⁹ mictū, ppter fortē ei⁹ cōmixtionē cū vria: imo stat p tēpus: ⁊ nō est ita in supficie: sed comphendiꝛ ipsam esse magis mixtā. Et ista est vrina que cōsueuit apparere i p̄ncipio etbice. Et ideo tu iuuenis practice fac vrinā ei⁹: de quo habeꝛ suspicio de ethica gescere. Nā in scōa spē appet oleaginea a medio supi⁹. In 3ª vō p totū: tu cās comphende. Aliȝ ꝙ in p̄ma specie apparet quedā gutte oleaginee. In secunda tela. In tertia vt oleū. In ea vō que ex renib⁹ est nō necessario est febris vrina est multa bñ digesta ⁊c. Et appet in supficie vrine pinguedo: stati est tela magna, ppter multitudinē pinguedis renū: ⁊ quasi vr̄ sepata, ppter ipsaȝ nō esse cōmixtaȝ: eo ꝙ a propinqs mēbris veniat. ℄ In afforismis. 7° affō. 33. Quibuscūqȝ pinguis hypostasis ⁊ globata bis nefreticā significat: ⁊ acutā fore febrem.

℄ De pilo vrine. Rub. IX.

Pilus est quedā suba flātica in longuȝ: ⁊ in moduȝ pili, ptēsa sub media regione in vrina apparēs a siccitate renuȝ causata. Nā ppter opiloneȝ subtiliaꝛ mā illa: ⁊ ppter viscositateȝ ptendiꝛ. Uñ vrina eas mās iueniēs secum ipsas ducit: ⁊ in ea sub forma piloruȝ comphendunꝛ. Nā a calitate nō multū vrētē: ⁊ a siccitate forti hi generātur pili. Ex qb⁹ apparet sup que significare bñt: quia super suas causas vt effect⁹ ceteri que iam dicte sunt: de qb⁹ Haliensis q̄rta affōꝝ. cōmēto. 22. Qui in vrina pingui ⁊c. Contingit aliq̄n hos pilos: vt plimi asserūt a mēbris ipsis radicalib⁹ decidi: qð p signa distinctiua comphēdiꝛ. Naȝ cum p̄mis non adest febris: vrina est bñ digesta boni coloris: ⁊ bone quātitatis. Cū tñ secūdis signa sunt oino ɔ̄ria. Nam a forti calore resoluente materiam ipsaȝ fortiter exiccāt ⁊ fiunt. Et tu considera.

℄ De sanguine vrine. Rub. X.

Sanguis in vrīa apparēs decisus est ab his mēbris a qbus decidiꝛ vrina: aut p que trāsit. Unde si ab epate ibi ē dolor ⁊ grauitas: ⁊ sanguis est purus i multa q̄titate. Si a vesica: tūc est grossus trūbosus: ⁊ q̄si fetidus: ⁊ est nigri coloris, ppter friditatē ipsi⁹ mēbri: ⁊ est pauc⁹: q2 est mēbꝝ pauci sanguis: ⁊ in pitoneon: ⁊ circa pectinē sentiꝛ dolor. Si a lūbis: q2 dolor ē mult⁹: ⁊ dolor sentiꝛ circa renes ⁊ lūbos. Si a renib⁹ tūc medio mō se hȝ inter paucū ⁊ mltū: ⁊ dolor ⁊ grauitas i reib⁹ sentiꝛ. A poris aūt vritidib⁹ nll's vl' q̄si nll's sanguis egrediꝛ: eo ꝙ sunt mēbra paucissimi sāguis. Signa āt distictiua suis q̄ras caplis

℄ In afforismis. Si sanguinē aut pus minxerit: renū aut vesice vlcerationē significat. 75. q̄rte.

℄ Si sanguinē mingāꝛ ⁊ trūbos: ⁊ strāguriā bñt: ⁊ dolor incidit in pectinē: ⁊ sub vētre: ⁊ sub pitoneon: ⁊ circa vesicaȝ dolorē significat. 79. q̄rte.

℄ Si sanguinē ⁊ pus migāꝛ ⁊ sq̄mas ⁊ odor grauis sic vlcerationē vesice significat. 8ª q̄rte ⁊ 7ª pticula affōꝝ. 37.

℄ De arena vrine. Rub. XI.

Arena est quedā suba sabulosa in fūdo vrinalis apparēs a calitate assante causata: que si fuerit rubea i renib⁹ genita indicabiꝛ. Si vō alba i vesica: ⁊ ē gnātio ei⁹ silis gnātiōi lapidis in fornace. Cōtingit tamē q̄nqȝ ex actione debilis calitatis ⁊ siccitatis lapidē gnāri: vt ex lōga mora actōis ⁊c. ⁊ qð potuit forte in puo tpe fec debile in magno ⁊c. ℄ Arena gapparēs significat lapidē ɔfirmatū: aut debētē ɔfirmari: aut pseuerādo ei⁹ resolōnē Uñ q̄n apparet arenule: ⁊ subito deficiūt sine alleuiatiōe stāte dolore lapidē ɔfirmatū significāt. Si apparuerint ⁊ pseuerauerint eoꝝ mūdificatio cū alleuiatione: signū est resolōnis lapidis qui fuisset ɔfirmat⁹: aut qui erat ɔfirmatus. ℄ Et hic nota ne decipiaris ꝙ aliq̄n in fundo apparent aliq̄ que iudicanꝛ ab impitis arenule q̄ nō sunt: imo sunt ptes flātice aduste: ⁊ iō coleꝛ vrina: ⁊ grossum ad vmbrā exiccēꝛ: deīde digitis tāgaꝛ ab astātib⁹, ppter honorē artis. Et si ɔphēdeꝛ illud eē molle ⁊ leue: tūc erit mā adusta i venis. Si vō fuerit aspeꝝ: tūc erit ex renib⁹. Et si fuerit aspeꝝ ⁊ nigrū signū mãe melice aduste: aut ēt maioris adustionis: que duo suis comphēde signis: q̄n cuȝ maiori adustiōe erit calor fortior: ⁊ nō peccabit mā melica: ⁊ hȝ. ℄ In afforismis. Quib⁹ in vrinis arenosa substant sedimina his vesica: aut renes lintiasiȝ habēt. 80. q̄rte.

℄ De chimo vrine. Rub. XII.

Chimus apparēs i vrina ꝭm plīmū ē flegmaticus: ⁊ i fundo residēs. Aliquādo tamē natat, ppter sui subtilitatem: aut ɔfsionē sui siue carmiationē. Et h hȝ q̄nqȝ silitudinē cū sanie. Inter tñ saniē: ⁊ ipȝ est dr̄ia: quā tu practice h mō, ɔphēdas. Lōcute vrinale: ⁊ si faciliꝛ spargi comphēdas: qð in fundo est: ⁊ faciliꝛ vinciꝛ: ⁊ in ei⁹ diuulsione nō comphēdeꝛ quasi fila fieri ex eo: ⁊ erit sine fetore: tūc iudica ipsum esse humorem nō saniosum. Et si erit ecōtra: vt q2 fuerit globbose sube: ⁊ viscose: ⁊ cum fuerit concussum vrinale difficulter spargiꝛ: ⁊ post eius sparsioneȝ fuerit tela lata cum fetore colore fusco vel liuido:

indica chimū saniosuz. Et hic chimꝰ nō saniosus sic apparens fundus: ⁊ nō hypostasis dici dꝫ: vt liq̄bit de hypostasi Cōp̄hēde ēt p̱ sua signa: vt. s̄. vt p̱ ap̄ata: aut vlcera ī instrumētis viaꝝ vrīe vt ī de pure dcm̄ est. ¶ Ex q̄bꝰ cōprehende ꝙ significare hꝫ: q̄ꝛ sup̱ suas cās: vt. s̄. humorē viscosuz minus viscosum ⁊c̄.

¶ De furfure crinoyde: ⁊ squamis vrīe. Rub. XIII.

Capitulum septimum de balneo aereo sicco.



Alneum aereum siccū
qō nostri stupham nominant: fabrica est
cuius aer per mediuz quoddaz furnellū
appellatuz sic calefit qō a furno differre
sic videtur: quoniaz furni aer ab igne im/
mediate ignitur. Hunc autē locuz quaz
maxime septētrionales frequētāt. ytaliq̄ quoruz habita
tio illis propinqua est: vt tridētini feltrēses foroiuliani
ceteriq̄ tales. Qua ex re de eo a me sic scribēdum est: vt
⁊ his omnibus proficiaz. Nam hyemali tempore eis lo/
cus est veluti cōtinua statio. neq̄ id cupiunt vt sanētur:
sz vt frigoris rabiē fugiant: ⁊ hi permaxime quibus in/
dumētoruz calidoruz copia non adest. Contēplabimur
itaq̄ vt de humido actuz: materiaz: formaz: aeris equali
tatez: quibus conueniat magis iuuamēta dicētes. ¶ Et
materialia amplexātes dicamus primo fabricam hanc
quādoq̄ ex lapidibus: nūc ex lignis: nōnunq̄ ex vtrisq̄
confectaz esse. Cuius electionem ad areolam primam:
quoniaz is locus suus est: sic reseruabo ī forma eius pro/
sequēs. ¶ Debet enim locus hic amplus esse: quoniam
angustatus aer cito corrumpitur cuz nouo non eueta/
tur: precipue cum aer in eis odoribus ciboruz alteretur:
ac frequētantiuz aer permutetur. De cuius alteratione
suo loco dicetur. Sitq̄ fenestris munitus que aperiri ⁊
claudi possint: vt inde euentetur aer. Et sit vnum lumi/
nare versus plagaz septētrionalē ceteris maius: vt inde
melius rectificetur aer. Ex quo apparet vt supra error
eoruz qui luminaria parua ac pauca in eis ordinant: qō
vt inde calidior reddatur locus sic confici faciūt. Nam
ornatuz esse decet vt inde delectabilior reddatur: quo/
niaz multe stationis locus esse debet. Quāobrē potētes
luminaria vitris ornata ac picturis amenis eā fabricēt.
Et vt locus semper iocūdior reddatur: in eo sint que ani
muz dulciter molliant ⁊ a curis deuiēt: vt schacoruz lu/
dus. alearuz. cartularuz ⁊ hꝰ. Uinuz autem hic silentio
pertranseo: qō ⁊ dulce feroces ac tristes spiritus molli/
re ac solare solituz est: vt ⁊ omnes ad cantilenas prouo/
cet. Sint etenim ludi hi solatio non lucro dediti: ne fu/
rore ita accendantur humores: quos ⁊ loci caliditas sic
ad incurrendas febres q̄z maxime preparet. Actum de
forma: consequēs est vt de materia dicamus: ⁊ ī primis
prima ponatur areola. ¶ Electio. ¶ Eligatur que ex la
pidibus constructa est: lignis aut asseribus vallata. La/
pides autem causa sunt aut per antiparistasim: vt cale/
factus aer amplius calefiat: ⁊ sic minor aut remissior re/
quiritur ignis: qua ex re non sic ignitur aer neq̄ dispro/
portionatur: vt ex igne intensiori prouenit: aut si recipi/
unt caliditatē eamq̄ in asseribus conseruāt. ob quā rez
non ē ita necessarius cōtinuus ignis: ⁊ calefactus aer eo
ruz frigiditate sua ī caliditate moderar̄. Asseres aūt sic/
ce ⁊ porose eligātur: nā sic ī poris latiores facilius calidi
tatē recipiūt: vt aer mitior īde reddar̄. Nam ī suba den/
siori ipressa ad calefaciēdū potētiora reddūr̄. q̄re nō tm̄
neq̄ ita potēter distempabitur aer ad qualitatē ei cōtra
riā. Quibus inducatur ex asseribus piceis fabricatā eli/
gibiliorem. nam laricie aut cupressine aut nucee ⁊ hꝰ.

sunt dēsitate nimia participantes:neq̧ aer in eis impres/
sus eque bene poterit euentari:vt qui in poris erit latio/
ribus. Aer eniz qui bene euentari non potest facile cor/
rumpitur.naz ⁊ si aer in corde attractus non euentaret
per succedentez statiz corrumperetur. Nam cuz aer sic
remanet non euentatus:corpus ad egritudinē preparat.
quoniaz associatur ei qualitas contraria sue complexio/
ni. Princeps. Et aerez nō deserens dico q̄ non nimis ca
lidus ⁊ siccus esse dz.quoniaz sic cor ad lapsum calidum
preparat:qd̄ refrigerare deberet:sicq̧ anhelituz grauat.
quare asmatici ab eis se custodiant:maxime quibus est
asma ex catharro humido:quez dissoluit illa caliditas:⁊
fluere cuz ad pectus facit. Pingues etiaz qui sic refrige/
rio indigent:colerici multuz:⁊ hi consimiliter calidi.hu/
mores eniz colericos cōmouet:iuncturas laxat:quoniaz
fluere facit materias vt actuz de humido:spirituz resol/
uit:virtutez debilitat:ac animuz eneruat:his maxime q
eo delectantur:⁊ coleraz superare facit. Naz ⁊ si huma/
na corpora nimia aeris caliditate distemperentur vt vir
tus deyciatur:quid de caliditate aeris extranea dicem⁹.
Cuz caliditas solis nobis velut naturalis sit:cuz sol ⁊ ho
mo hominez generēt:vt magno placuit philosopho. Ex
lignis eligantur sicca saliciua vel alia porosa: non densa
non vallosa:sed in cultis locis nata. Furnellus ex creta
siue argilla fiat.naz laudabilior q̄z ex cemento:qui in al/
tero angulorū loci fundetur:vt propinquius ⁊ distātius
stare possit qui maiorez aut minorez caliditatez querit.
¶ Et cuz de aere quantuz ad ea que intrinseca sūt actū
sit.aliquid de extrinsecis ad ipsuz spectantibus dicēduz
esse puto:vt q̄ primo ex ingredientibus non alteretur.
Aer eniz ex frequentia hominuz sic clausus notabiliter
alteratur:quā rez manifeste declarat aer scolaruz: ī qui
bus habitant puerorum copie:qui continue est per ostia
⁊ fenestras euentatus. Itaq̧ euitanda est hominuz fre/
quentia precipue infirmorum:⁊ eorum qui fetidum ha/
bent anhelitum:aut fetorem pedum ⁊ h9:que aerem fe/
tidum reddunt.nam sic morbi efficiuntur veluti conta/
giosi. Quamobrem principes ⁊ potentes quibus vsus
estuary est assuetus:tempore suspecto ad pestem omni/
no prohibeant ingredi eos qui ex locis infectis veniūt.
Itez cuz ptisis egritudo contagiosa sit: seruientes ptisi/
cos exulent:sicq̧ in similibus seruādu3. ¶ Euentādus
est itaq̧ aer estuary q̄z frequenter:vt ex causis extrinse/
cis alteratus rectificetur:vt sunt cibaria:a quibus altera
tus fuit:vt cortices cancroruz vinuz brodialia aleuz ce/
pe.que apud vltramontanos in estuarys veniūt ad prā/
dia sepe. ¶ Rectificandus est ⁊ continue cuz odoribus
gratis:dico gratis quoniam non idez odor omnibus gra
tus est. Nam est eius alteratio siue putrefactio multuz
verenda.vnde princeps.aeris putrefactio multuz timē/
da est:quoniaz cuz putrescit incipit humorez putreface/
re:qui a corde circūdatus ē:quoniā ad ipsuz propinqui⁹
accedit q̄z ad aliud. Sed qui ea stupha ad conseruandā
sanitatez voluerit vti:aerez eius sic moderet vt neq̧ ca/
lidus sit. Semper autez aut ad temperamentuz:aut in/
fra in caliditate ipsuz producat.inspecta virtute comple
xione temporis constitutiōe regione cōsuetudine ⁊ h9.
ob que diuersa diuersificari habet. Ipse quidez aer refri
geriū cordis esse dz:⁊ calorez suuz tēperare:nō ad lapsuz
deducere ad actuz. Accidit ⁊ quādoq̧ vt corporis dispo/
sitio lapsa calidiorez requirat:qui medici consilio mode
randus erit. Rectificatur autē cū his que boni sunt odo
ris:virtutez vitalez ac animalez confortantibus non ex
cedentibus in odore:quoniaz sic omnis imoderata qua/
litas actuz deycit proprie virtutis:vt medicoruz dux se/
cundo tegni. Neq̧ odor sit assiduus:neq̧ reruz in multa
quantitate positaruz:sed sit odor leuis suauis nō multū
imprimēs. Ad hoc autez valētia sūt plura:vt iuniperus
si accēdatur:deinde extinguat̄ fumus eius suauis ⁊ odo
riferus est.laurus.mirtus.rosmarinus. Item sandaraca
aut thus.laudanuz.trocisci de galia muscata oseleti.siue
auicule de cypro.nux muscata.gariofili.cortices pomo/
ruz odoriferoruz in faucibus furnelli positi. Scopis om
ni sero mūdare aptis luminaribus:⁊ thure aut alio odo/
re deinde suffumigare:ignēq̧ prope diez de nouo accen/
dere. ¶ Operationes. ¶ Est calefactiuū exiccatiuuz:cuz
aer sit calefactus erit resolutiuum ⁊ h9. Or si temperate
aut infra temperamentum calidum fuerit:corpora sic a
frigore defendit. Quare senibus quibus calor deficit:et
pueris qui sic a frigore faciliter patiuntur:conueniētior
erit frigidisq̧ natura. Reddit corpora a frigore extrinse
co passibilia.poros sic aperiendo cutiz ledit:⁊ sic passibi/
lem facit. Quare cōsulēduz vt intrās pānis se exuat siue
alleuiet:vt cū egressus fuerit eos reassumet:vt a frigore
se sic tueatur. ¶ Mēbra capitis. ¶ Caput offēdit:eius
dolorez inducit:maxime cuz caliduz fuerit. Quoniam
omnis caliditas euaporationem facit.princeps. Oculos
passibiles reddit ac debilitat.quare facilius a frigore le/
dūtur sic apertione pororuz spiritus visibiles diminuit.
Quare qui in talibus obseruātur:oculos sepe scarlateo
suffultos habent. Naz ad eos debilitatos materia fluit
cataralis:⁊ fluxa non consumitur.membra eniz debilia
fortiuz sic superfluitates recipiunt:ad surditatem sic pre
parat:etiam cōnaturalis aer sic ex tali ledi videtur.
¶ Membra pectoris. ¶ Tussiz inducit:⁊ pectus ledit
ac pulmonē:precipue cuz eius aer fuerit nimis calidus.
Estq̧ tussis causa nō raro per accidens factiuum:cuz ex
eo sic calido ad aerem extrinsecum notabiliter frigiduz
corpora transmutētur. Uidemus enim in autūno corpo
ra mutari propter aeris eiusdem mutationem.nunc ad
calidum:nunc vero ad frigidum. ¶ Membra terty vē
tris. ¶ Digestiuam debilitat sic ad caliditatem extra/
hendo:sed in siti augmentum prestat.quare in eis bibu/
li libenter conuersantur. Urinam minuit:ventrez stipti
cat sudorem prouocando:ac calorem ad extra trahēdo.
ydropisi confert.vnde princeps. Et est:preterea cum in/
grediūtur balneum ipsum siccum exiccat ⁊ cōfert ydro/
pisim habentibus ex laxitate. ¶ Membra iuncturarū.
¶ Iuncturas laxat. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Eis in hye
me non nocet:maxime si ex humore fuerint frigido.
¶ Febres. ¶ Febricitantibus febre ex causa frigida vt
flegmatica conuenire maxime videtur. Et quoniam in
melancolicis febribus maior est intentio ad humectan/
dum sic conferre non videtur. ¶ Ingressus ⁊ egressus.
¶ Ingrediantur cum paucitate vestium:⁊ cum multi/
tudine egrediantur:bene capite muniti. Conuenit ma/
gis vt actū senibus debilibus ⁊ pueris ⁊ paraliticis pur/
gatis. Et cum regimen sit in eis quotidianum ⁊ consue/
tudinarium:de eo non aliter dicendum q̄z de consueto.
Et breuiter aer ille calidus dissoluit laxat rubificat: q2
sanguinē ad exteriora trahit:qui si supfluit colorē efficit
citrinuz:quoniā resoluit qd̄ attraxit. Ex quibus eius no
cumenta colliguntur:que cōsideret qui eo vti voluerit.
Et hec de sicco aereo.

¶ De balneo sicco igneo.


Urnum vt actuz balneum sic/
cum igneum
appellare non longinquum a veritate esse vi
detur. Cum ⁊ eius parietes imediate ignis ca
lefaciendo attingat. Or ⁊ si in sanitatis cōser/

uationez sic accedere non videatur: in eius tamē recuperationez nonnulli eo vti laudarunt. Unde vbi fortis queritur resolutio ac exiccatio toto corpore mala dispositione frigida ⁊ humida infecto: vt in asclite aut in timpanite. In qua ⁊ si sit ventositas: tamē ab aquositate absoluitur. Quare homines ydropicos tales ī furno locāt: capite exterius situato. etiaz si extrema sic humida aut tumida forēt: cuz eo aere resoluūt. Or si fortis resolutio queritur ac exiccatio: cuz eo compleri poterūt: vbi conuenienter applicetur. Hāc autez cōueniētez applicationez medicis relinquo: ⁊ his qui de accidētibus noticiaz hēbūt: quorū opus prudētia duci dz. Hec pauca ō igneo volo intelligētibus sufficere.

¶ Liber secundus de naturis ⁊ proprietatibus balnearum naturaliuz.

Capitulum primuz de inuestigatiōe causarū caliditatis termarū naturaliuz.



On paruaz prouinciaz aggredi me sentio mi illustris domine: cū de naturis ⁊ causis caliditatis balnearū naturaliū a me peragēdū sit. cuz in altera haruz rerū plurimos philosophos discordes fuisse me legisse memineriz. Nā apō philosophoruz principez suo de proprietatibus elemētoruz non paucoruz philosophoruz varias opiniones recitātur. quas abolere ⁊ ānullare omnino enixus est: vt sic inter eas sua elucescat opinio. Est equidez horuz sapientuz discordia certissimū rei magne signuz: que a philosopho magno sic scripta fuit. Ueruz alteraz ⁊ sensibilē magis ⁊ rudiorez opinionez in mediuz adducere tētabo: fortassis tibi mētibusqꝫ aliorꝫ grataz magis: qꝫ cuz alys cōnumerare nō est quin dealbescaz qui rudissimus sum ac pene ignarus ⁊ ab eorūz opinionibus sic deuiare. Uerū ⁊ si in causa caliditatis longa perscrutatione aduersantes fuerint. in proprietatibus tamen ⁊ naturis vnius sententie fuisse visi sunt. Quamobrez cuz ī his prosequi inutile satis eē putez: equo aīo patieris si raptim illas absqꝫ litigio recitabo. Naz earuz recitatio a me fiet: vt quātuz ruditatis opinio nostra sapiat: a te melius comprehendatur: cuz opposita iuxta se posita magis elucescāt. Narrabo itaqꝫ opiniones prout in littera Aristotelis iacēt: ne ī earuz recitatione diminutus aut superfluus esse videar. Mileus philosophus locutus est in eis: dixit autem ꝙ causa qua est aqua termaruz calida non est nisi per ventuz calefaciētez in profunditate terre ⁊ cōcauitatibus q̃ sunt in ventre eius. quare conuertitur illa caliditas sup aquaz ⁊ calefacit eaz: ⁊ sic egreditur calida. ¶ Rentiphilus in illo sermone in quo cōtrarius est mileo: ⁊ secuti sunt euz multitudo dixit: terra ꝙ illo loco est rara non coniunctaruz partiūz. vehementis mollificationis: cui ē durities. quare ingreditur eam caliditas solis: ergo calefacit aquā in concauitate terre in cauernis ⁊ foueis que sunt in ventre. quare illud est causa istius caliditatis.

¶ Democritus autez dixit ꝙ causa in caliditate huius aque est: ꝙ in concauitatibus terre que sunt in vētre eiꝰ sunt montes calcis: cuz ergo currit aqua super illaz: calefit ⁊ egreditur aqua calida super faciez terre. ¶ Aristoteles: quia ergo manifesti sūt quidaz de sermonibus eoruz per inquisitionez presentez dicaz nunc in illo sermonez conuenientez ad comprehēdēduz ꝙ certuz est ⁊ necessariuz. quoniaz aqua currit super mineram sulfuris. quare calefit ꝓpter illud. Et significatio illius est ꝙ aliquid odoris sulfuris ē inuētuz in illa aqua: ⁊ quādoqꝫ inuenitur in ea sapor eius. Extinguitur autē candela ⁊ remanet cuz licinio ex igne: ⁊ pulucrizatur super ipsuz puluis sulfuris ⁊ accēditur: ⁊ quādoqꝫ conficitur lutuz cuz napta ⁊ sulfure: ⁊ fit ex eo liciniuz ⁊ accēditur ⁊ cōburitur. Et similiter dicamus in vulcano qui est ī terra Sicilie ⁊ inter magna maria. ꝙ ille cōcauitates ⁊ ille ruine in quibus sunt ignes: non sunt nisi ex sulfure in ventre illius montis. ergo conflat ventus: ⁊ mouetur vnda in illo mari coartat vnda mōtez ⁊ calefacit propter illud sulfur: ⁊ accēdit̄ i eo ignis ⁊ egredit̄ ex eo fumus ⁊c̄.

Has autem opiniones argumētis alterare non intendo: sed in mea opinione positiue satis prosequi eamqꝫ suis cuz fundamētis ita roborare: vt tua illustris dominatio facile indicet si recitatione digna sit: ⁊ cuz ceteris cōnumerari. Et in eaz diuino numine prius inuocato sic prosequar id p̄muz ponens. Or aqua omnis simplex essentialiter sūmaz sibi vēdicat frigiditatē. est eniz frigidoruz primuz: vt supra princeps.

¶ Secunduz ꝙ omnis aqua ab intrinseco calefacta ī essentia ⁊ virtute frigida ponēda ē. Naz omnis talis sic sue dimisse nature ad frigiditatez redit: vt experientia cōprehendimus. Ex quo infertur ꝙ aqua termarum sic aliunde calida facta frigida virtualiter ⁊ nature dicenda est. ¶ Tertiuz. ꝙ cuz aqua sic in vltimo frigida sit: qualitas sibi in summo disproportionata: ꝙ tantus gradus caliditatis quantus est caliditas feruens in ea nisi a sūmo calido induci potest. Ex quo infertur ꝙ non per vētuz calefaciētez sic calefit: vt Mileo placuit: cuz nihil agat vltra graduz propriuz. Et hoc suppositūz veruz sic superficietenus contraire videtur opinionibus iam recitatis: considera. ¶ Quartuz. ꝙ potentior est paribꝰ seruatis caliditas siccitati qꝫ humiditati coniuncta: cuz siccitas caliditatez exacuat ⁊ humiditas obtundat.

¶ Quintuz. ꝙ actualis ignis in aquaz ipsaz actualiter agens: non potest in ipsam intēsiorez graduz caliditatis ipsa aqua remanēte: qꝫ feruētie gradū imprimere. Suppositum verificat experiētia. Ex quibus inducatur primuz ꝙ aqua termaruz ad tātuz gradum feruentie a vaporibus calidis sub terra existentibus minime perduci potest. Naz cū is effectus vltimo sit ignis: neqꝫ vapores tales igni in caliditate pares sint: ab eis similis effectus in sūmo minime exire poterit. Inducaturqꝫ secundo ꝙ si sic calefit hec caliditas ab igne producta erit. Et cum ignis hic eam sic calefaciat: sequitur in visceribus terre sic ignez inueniri debere: quod ⁊ ratione persuadebo.

¶ Nunc autem horum virorum Auicenne ⁊ Auerroys opinionem sequentes premittamus in mixtis elementa formaliter reperiri. ꝙ eorum auctoritate dignuz concessione relinquo. Arguamus itaqꝫ sic. Nature quidē difficilius est mixtum perfectum in visceribus terre posse producere qꝫ simplex. quoniaz non potest absqꝫ simplici sic mixtum produci cum presupponatur: sed potest natura primum cum producat aurum argentuz sulfur ferrum nitrum: ceteraqꝫ mineralia. Ergo ⁊ secundum. ergo ⁊ ignem. Et vltra. ergo in virtute solis ⁊ stellarum: poterit in visceribus terre ignis produci. Et extendendo dicamus ꝙ non solum parua quantitas: sed magna ipsius ignis passo disposito concurrente produci posse. Or si in alienā quis sententiam deuiaret: solis ⁊ stellarum ⁊ nature vniuersalis potentiam diminueret. ¶ Preterea si potest paruam quantitatem in paruo subiecto disposito inducere. quid repugnabit ꝙ ⁊ plurimus in subiecto disposito magno. ¶ Hec etiam confirmare videtur experientia. Nam videmus montes maximos igne in visceribus eorum existente ardere: vt ethna montibello:

pluribusqꝫ in montibus in mari existentibus: que ⁊ si stupenda sunt: illa tamen ac consimilia natura fecit: aut ad hominuꝫ vtilitatẽ: aut ad vniuersi pulchritudinez. Et stupẽduꝫ magis facio ꝙ de corpore agate sancte vulgatur. Nã cũ ignis mõtis ethne ita augmẽtatur: vt versus ciuitatez Chatanie cõmunia intermedia comburẽdo veniat: occurrẽte corpore agate sic cum magna deuotione a ciuibus portato in ignis oppositũ: ita ignis retrocedit: vt a corpore sãcte effugari videatur. Hec enĩ est visa opinio Democriti: qui ĩ assignãdo generationis calcis cãꝫ: dixit ipsam ex lapidibus fieri ĩ vẽtre terre existẽtibus: ab igne sic decoctis vt in fornace: de quo post de calce. Facit autem ad hꝰ ignis intensionem frigiditas circũstãtis aque: qua per antipistasiꝫ sic fouetur ⁊ intenditur. quare vt quasi semper terme in locis vallosis reperiãtur: qui aquositate nõ priuantur. Unde si verba Aristotelis recte contẽplabimur: multuꝫ ad caliditatez balnearum antipistasim per aquã frigidã operari nõ negabimus: iuxta que in dubiuꝫ vertitur.

¶ An aqua termaruꝫ sit calidior tempore estatis ꝗ hyemis: cuꝫ hyeme sit aquarum inundatio maior ⁊ maiori cum frigiditate coniuncta. ¶ Pro isto dicẽdum aquaz ipsam quãdoqꝫ calidiorem: quãdoqꝫ minus calidã reperiri. cuius causa vt arbitror est maior vel minor antiparistasis. Et vt res planior fiat: sic ad dubiuꝫ respondẽdo aliquas ponã cõclusiones.

¶ Prima. hyeme existẽte frigida ⁊ sicca ãtiparistasis debilitatur. nã radij solares ⁊ stellaruꝫ per terrã penetrãtes cõtrariuꝫ sic fugientes fortificãtur. quare terra ĩ profundo calidior inuenitur: vt indies fossores terre experiuntur. Ex quo infertur ꝙ cuꝫ caliditas illa nõ sit multum potens: paruꝫ aut nihil adiuuat balnearum caliditatez: vt ad graduꝫ perducatur intensiorez. quinimo videt̃ illã potius remittere: cũ remissuꝫ remittat intẽsuꝫ.

¶ Secũda cõclusio. hyeme existẽte pluuiosa ⁊ frigida antiparistasis fortificatur: aqua frigida sic per porositates terre penetrãte ⁊ ĩfrigidãte. Ex quo infertur ⁊ aquã balnearum eo pro tempore sic calidiorem fieri debere. Infertur secũdo ꝙ balnea nostra pataua precipue montis groti sãcti Petri domus noue: ac sãcte Elene ⁊ Bartholomei: eo pro tempore calidiora eẽ: de quibus post.

¶ Tertia. estate existete rabida antiparistasis fortificatur: qñ frigiditas terre vnit̃ ĩ profũdo ꝯtrium fugiens.

¶ Quarta. estate ente frigida ⁊ humida: qꝛ pluuiosa: antiparistasis fortificatur patet ex dictis. Ex quo ĩfertur ꝙ in diebus estatis pluuiosis sic fortificata antiparistasi: aquã termaruꝫ pro tunc calidiorem fieri.

¶ Quita probabiliter ponitur: ꝙ ceteris paribus fortior est antiparistasis hyemalis estiua. Ista conclusio tãqꝫ probabilis posita est. Nam videmus cauernarum aerẽ tempore estatis per antiparistasim infrigidari: ⁊ tẽpore hiemis calefieri: sed mẽsurare graduꝫ caliditatis cũ gradu frigiditatis nõ est facile: vt. s. que earuꝫ est intẽsioris gradus in latitudine sua. Et ideo probabiliter dicitur: considera. Ubi tamen sit pluuiosa fortior est hiemalis ⁊ tempore vt supra. Fortassis dicitur tempore estatis porositates terre sunt latiores: ⁊ ex consequenti si pluet aq̃ magis penetrabit: ⁊ sic fortior fiet antiparistasis. considera. Nam experientia est que de his certuꝫ reddet iudiciuꝫ. Absolute autez sufficiat nobis ipresentiaꝝ aquã alã quãdoqꝫ calefieri magis: quãdoqꝫ minus: vt est videre de igne montium nominatoruꝫ: qui quãdoqꝫ ẽ maior quãdoqꝫ minor: cã sic aucta aut diminuta. cõsidera.

¶ Sexta. constitutio aeris frigida ad eorum caliditatez saltem in profundo maiorem siue intensiorem fieri non parũ cõferre videtur. hec ꝯclusio ex supiorib9 deducat̃.

¶ Quibus sic positis ac firmatis: id in postremis aperiẽdum est a nobis: quomodo ⁊ aqua hec ab igne calefit et feruentiam suscipit. sicqꝫ vt qꝛ quedã sulfurea: q̃dã aluminosa: q̃dã salsa: sicqꝫ de mineris ceteris. ¶ Dicamus itaqꝫ primũ ꝙ aqua hec balnearuꝫ nõ aqua est que ĩ visceribus terre frigiditate lapidũ generat̃ cõuersione aeris in eã: sed aqua est elemẽtalis ab elemẽto veniẽs nũꝗ deficiẽs. ¶ Secũdo est imaginãdũ in visceribus terre terrã cõpactã ⁊ densam ⁊ vnctuosam generari cauernosam ⁊ cõcauitatibus plenã: ad quas aqua ipsa ꝑ loca mineralium trãsiens: ⁊ illa secum cõducẽs peruenit. in quib9 virtute circũstãtis ignis ebulit ⁊ feruet. vñ forte fit partium mineralium sic ab ea cõductarum cum ea cõmixtio. Et sic calefacta aqua ⁊ leuificata: cũ qua multi cõiunguntur ignei vapores exitum ad superiora petẽtes: impulsiõe succedẽtis aque iuuãte: ꝑ porositates terre ad superficiẽ eius deducitur. vnde fons calidus causatur. Nec parum adiuuat inclinatio aque talis vt terre supereemineat. Hec autẽ terra sic concauitatibus plena bitumen quoddã est vnctuosuꝫ ⁊ soliduꝫ ⁊ cõpactũ: vt propter eius soliditatẽ ⁊ vnctuositatẽ aqua penetrare minime possit. Unde vt actũ eo in loco sic congregata: eã calefieri ⁊ bulitionẽ ⁊ feruẽtiã recipere cõprehẽdimus. Intẽsiorẽqꝫ caliditatẽ eo ĩ loco ꝗ ĩ supficie terre: ad quã ad nos peruenit recipiẽs. Nã ĩ trãsitu per porositates terre frigide: ⁊ ad aerẽ veniẽs in feruẽtia sua sic remittitur. Neqꝫ repugnat hoc bitumẽ magis ꝗ sulfur in visceribus terre generari posse. Or si de pabulo eius queratur: cuꝫ rationabiliter videatur deficere debere: sic igne in eo continue agẽte. Dicẽdum bitumẽ illud eẽ ꝙ longo ac quasi perpetuo tempore sua sic vehemẽti soliditate remanẽs non deficit. eiqꝫ nutrimẽtum cõmune succedit ne deficiat: cum vniuersalis natura balnea hec ad mortalium non paruam vtilitatẽ produxerit: de eis non mediocrem curã gerens. cum cetera omnia propter hominem fecerit. Omnia enim subiecisti sub pedibus eius. nam ⁊ de stupendis ab ea productis curam gerit. Estqꝫ simile vt de nutrimẽto addito in vite hominis cõseruationem. Nam aqua illa fluens ⁊ per loca veniens sulfurea aluminosa ⁊ salsa ⁊ hꝰ: nutrimẽtum defert ad ipsius cõseruationẽ: natura sic de eius cõseruatione itẽta. Et propter similez causaz ignis ille nõ deficit a sole ⁊ stellis sic cõseruatus. Neqꝫ hoc negãduꝫ est ꝙ etiaz reperiatur species lapidis ex qua fiunt lebetes: igni ĩ decoctionibus resistentes. ¶ Sed statim hesitabitur: vt cur ille ignis nõ extinguitur: cũ euẽtationẽ nõ hẽat. cuꝫ manifeste cõprehẽdamus ignẽ euẽtatione carẽtẽ statiꝫ extingui. Et iõ carbones ꝯficiẽtes in cumulo foramina multa faciũt: vt ex eis ignis euẽtari possit: qb9 carẽtib9 extingueret̃. ¶ Dicẽdũ ipꝫ ꝑ poros terre euẽtari: vt nãlis calor ĩ hoĩe: q̃ res cõprehẽdit̃: dũ hõ ĩ balneis est ad vsqꝫ gulã submersus. Nã eo ꝑ tpe veluti suffocari se sentit: ꝙ cũ brachia ĩ altũ eleuauerit: statiꝫ refrigeriũ ꝑcipit ꝑ poros cutis sic calore euẽtato. Etiã fumi ei9 cũ vaporibus aq̃ egrediũt̃. Neqꝫ sic existimãdũ ẽ ea ꝑpetuo durare: sꝫ ea qñqꝫ deficere: vt multis ĩ locis ytalie defecerũt nutrimento deficiẽte. Aut propter ignis continuã actionem: aut in vijs opilatione contingente. Compositionemqꝫ etiam ex locis per que transit recipere non negatur: vt Aristoteli placuit. Sicqꝫ aqua termarum a loco per quẽ defluit denominationez recipiẽs ẽ: vt alia dicat̃ sulfurea a ꝑdominio: vt aq̃ termaꝝ petrioli. Alia aluminosa vl' salsa: vt balnea ebani ĩ comitatu paduano: d̃ qb9 suo loco. Uerum si verba Aristotelis ꝯtẽplent̃. trãsitus

aque super sulfur siue per venas eius: causa est prima et
necessaria caliditatis aque. Et certe id opinor vt nulla
talis sit que sulfuris virtute careat. Et iuxta hec opina/
tus sum hoc tale bitumen non multum in profundo ter
re locari: quoniã verisimile non videtur aquam per lon
gissimam viam sic per poros terre frigide continue veni
entem in tanta feruentia contineri posse. Or si queratur
vt cur magis hoc i loco vel hoc he nascũtur terme nõqꝫ
omni in patria. Dicẽdũ vt de ceteris effectibus qui ma
gis ĩ loco vno mũdi apparent qꝫ in alio: vt facies late ac
compresse in septẽtrione: quoniam in tartaria apparent
nõqꝫ alio in loco. Similiterqꝫ certis apulie in partibus
cũ fetu mulieres animal quoddã pariũt: vt vespertilio/
nez aut accipitrẽ: ꝛ hꝯ. nõqꝫ in omnibus. Certisqꝫ monti/
bus ac partibus aurum ꝛ argentum: es aut stannũ: nõqꝫ
in omnibus. Horuz enim diuersorum effectuum: diuer/
sus celi aspectus sola causa assignari posse videtur. Et si
dicatur: videmus apud balneas sancti Philippi fontez
vnum calidum: alterum ei propinquuz valde frigiduz.
Dicenduz ex diuersis locis prouenire: neqꝫ vnaz ambo
bus cauernositatez ꝛ viaz esse. Et quoniã ista sunt ocul
ta nobis ac stupenda ꝛ mirabilia. hinc Aristoteles ea sa/
cerrima eẽ dixit. 24. probleumatuz. Hic autez modus
inuestigandi caliditatis termarum causam sic positiue
a me descriptus est. quoniã id iudico materia demõstra
tionem nõ patiente: a contradictione defendi nõ posse.
Nam mihi expeditior ꝛ mentibus hominum consonan
tior visus est. Quare me quisqꝫ non mordeat cum sic ad
inuestigandam aliam ꝛ forte veriorem opinionem cau/
sam dederim.

Capitulum secũdũ de proprietatibus simpliciũ continens rubricas. 7.

De proprietatibus sulfuris. Rubrica I.



Ic uiue de causa caliditatis ter/
maruz expediti consequens est vt de pro
prietatibus carũ a nobis agatur. quas lõ
ge magis a tua dñatiõe expectari scio: cũ
ad salutẽ corporis humani: pro qua a na/
tura producte fuerũt: ipsa causa accidere
magis sentiamus. Et cũ aqua ipa ex mineralibus q̃ secũ
ducit cõponatur: ꝛ ab his denominationẽ recipiat. equũ
iudicaui de simplicibus mineralibus ipsis ex qbꝯ cõpo/
nitur noticiã prius tradere: exposteaqꝫ d̃ cõpositis. Nã
ex vna aliã habere cõtingit. neqꝫ vna vacãte alia pfecta
noticia haberi potest. Noticia eniz cõpositoruz ex sim/
pliciũ doctrina necessario pendere fatetur. Et cũ inter
mineralia omnia in calefaciẽdo aquã sulfur preeminẽ
tiaz habere videatur: vt magno placuit philosopho. cuz
substantie sit aeree multũ atqꝫ ignee: vt sic sulfur dicat̃
quasi solus vrens: vt ysidorus. hinc exordiũ ab eo initie
mus: eius narrãdo ꝓprietates: vt qualis sit aqua ab eo
veniẽs: quarũue sit ꝓpetatũ: sic facile intelligatur. Un/
de sub areolis eas describaz: vt ĩ ceteris actuz: id primũ
asserentes. ꝙ sulfur minerale ẽ terreũ: sua in cõpositio
ne multũ aereitatis plurimũqꝫ igneitatis habens: satis
notũ quo nulla quippe res ita cito accẽditur. Et quoniã
ab alchimistis vt ab Ermete trimegisto: vt semẽ poni/
tur masculinũ: ipsũqꝫ cũ argẽto viuo cõmixtũ vt cũ vxo
re: in omnia alia cõuertibile: que res nõ cõtingeret; nisi
merito sue incõplete substãtie. hinc sub areola p̃ma q̃ ẽ
nã volo hec verba teotonici magni adducere: illaqꝫ are/
ola hoc ĩ loco sufficere. Inqt in de mineralibus. Sz ob/
seruãdũ ẽ ꝙ fumꝯ eiꝯ ĩdicat terrestrẽ subaz: ĩ ipso eẽ val/
de ignibilẽ ꝛ cremabilẽ. fetor do suus ĩdicat ipz eẽ valde
indigestũ ꝛ nõ terminatũ: sz potiꝯ calore corrũpẽte esse
corruptũ qꝫ digestione cõpletũ: ꝛ hoc sui incõpletio fac̃
ꝙ põt eẽ vniuersalis mã oĩuz metallorũ. Si. n. eẽt cõple
tũ ad cõplexionẽ vnã determinate. tũc ꝓculdubio non
eẽt ꝯuertibile ad alia: nisi p̃mo illa tolleret̃: sz nũc ꝑꝑ sui
incõpletionẽ ꝯuertibile ẽ ad oĩa: sicut semẽ ꝛ alia ex qbꝯ
generãt̃ res nãe. Et iõ sagax nã abũdat ĩ sulfure vbicũ/
qꝫ ẽ locus generatiõis metallorũ. Est aũt calidũ ꝛ siccuz
ad quartũ ꝓueniẽs. Auic. Electio. Diascorides. Et
meliꝯ eo ẽ qd̃ nõ appropinquauit igni: clari coloris splẽ/
dẽs sine lapide. Et ꝑꝑ studẽtes q eo frequẽter vtũt̃ hoc
addaz: ꝛ ꝙ missuz ĩ ignez calorẽ facit viridẽ. Sz eius qd̃
positũ fuit ĩ igne: oportet ꝙ eligat̃ rubeũ ĩ quo ẽ vnctuo
sitas. Uerũ a nõnullis q̃tuor ponũt̃ spẽs eiꝯ: q̃s ꝓsequi
ꝓposito ñ ẽ nec̃ariũ. imo q̃ hucusqꝫ scripta sũt plusqꝫ suf
ficiũt. q̃re ad alias vtiliores areolas ꝓseq̃r. Opatões.
Est calefactiuũ vehemẽter exiccatiuũ resolutiuũ api/
tiuũ attractiuũ. Nõ. n. hũiditate caret: cũ a calido ꝛ sicco
dissoluat̃. dissolutiuũ cõsũptiuũ attenuatiuũ: ꝛ viz hz in
corporãdi ꝑꝑ alchimistas. Ex qbꝯ oibꝯ facile colligi põt:
quãtũ frugi ĩ egritudinibꝯ frigidis humani corporis eẽ
põt. Mẽbra capitl. Epilẽticos iuuat: ꝛ cũ eius suf
fumigio resoluẽdo vaporẽ ꝛ aĩalẽ excitãdo v̾tutẽ. Nã ĩ
apoplexia suffumigatũ potẽter virtutẽ aĩalẽ sopitã exci
tat. Cerebrũ ab hũiditatibꝯ purgat: ipsũ debite admini/
stratũ. ꝑꝑ qd̃ ꝛ chatarosis ducia eiꝯ q̃ maxime cõfert: his
ꝓcipue q ex chatarro humido ꝛ frigido laborãt. Ualet ꝛ
potẽtius neruis hũiditatibꝯ repletis etiã cũ cera appli/
catũ aut cũ liquore sup caput ꝛ nuchã effusuz. q̃re ꝛ pali
ticos iuuat ꝛ litargicos. Suffumigiũ eiꝯ surditati ꝛ obli
uioni maxie cõfert. q̃re ꝛ aque sulfuree fumus corizam
stringit: ꝛ cũ melle ꝛ aceto ad auris attritionẽ vtiliter ac
cedit. Et hic aduertẽdũ ẽ quoniã mali ẽ odoris. odor q/
dez suauis ꝛ amenus spiritũ vitalem ac animalem ma/
xime confortat ac viuificat. quare malus ꝛ grauis odor
ipsos spiritus tristat ꝛ virtutem deycit. ideoqꝫ eius ap/
plicatio capiti prius bene consideretur: qua ex re aqua
sulfurea non tantuz ledit vt substãtia eius. Or si cũ odo/
rabilibus ꝛ sapore priuatis operari possumus eligibiliꝯ
est. Fetida eniz ꝛ grauis que sunt odoris postergare. con
sidera. Membra pectoris. Confert tussi. saniem
de pectore educit: ꝛ cũ ouo deglutitũ etiã eius suffumi/
gium asmati potẽter accedit. Sed cõsulo si fieri potest
ꝙ asmatici alio vtãtur remedio: q̃ suffumigio illius: cu/
ius nocumẽtũ ego presensi. Et hoc loco solatiose parũꝑ
disgrediar. Nã cũ q̃dã mulier spiritibus ĩmunda esse di
ceretur. quidam ex nostris spiritus expellere tẽtasset: et
orationes non valerent: ait: ego quoqꝫ vos expellaz: cui
cõtinue propinquus eram: ꝛ extracto scarnutio sulfure
pleno super ardentes prunas eiecit: tenens mulierez su/
per suffumigium illud clamans exite in nomine domi/
ni nostri iesu christi: ꝛ ex propinquitate ego illud recepi
ꝛ quasi suffocatus fui; vt totꝯ dies mihi sulfureus ac mo
lestus fieret. Membra nutrimenti. Stomacum
confortat frigidum; exterius applicatum. verum inte/
rius assumptum: propterea ꝙ eius substantia facile cor/
rumpitur: ac quoniam grauis est saporis ꝛ odoris stoma
co non gratum: sic non laudatur. quare ꝛ aqua sulfurea
sic fortassis in potu non est cõmendãda: de qua post suo
loco. Uentositates resoluit iniectum: ac colicam tollit:
ꝛ renum dolorem ex ventositate venientem. Epar in/
flammat: hinc caute calidis natura aque sulfuree conce
dende sunt: vt post. Splenem attenuat: ꝛ ventosita/
tem in eo genitam dissoluit. Curat ictericiam quando
cum ouo sorbili aut aqua sumitur. ydropisim ex causa

frigida exterius applicatum. ¶ Membra expulsiõis. ¶ Uentrẽ stipticat: et quãdo mulier pregnãs cũ eo suffumigat educit fetũ. ¶ Apostemata et bothor. ¶ Ponit sup adustionẽ et vlceratiõnẽ: quare et aqua sulfurea vlceribus valet. ¶ Mẽbra iunctura. ¶ Et quãdo linitur sup podagrã cũ nitro et aqua confert ei. quare et balneũ sic cõpositũ vt illud de corseno: de quo post. ¶ Uenena. ¶ Ueneno resistit quãdo teritur et puluerizatur super locũ morsure venenose: aut cõficitur cũ sputo: aut cum visco: aut vrina: aut oleo veteri: aut melle: aut cũ terbentina et cũ rasina. Et cũ aceto cõfert puncture scorpiõis. ¶ Decoratio. ¶ Quãdo miscet cũ gũmi albotin curat scabiẽ. Et custodes pecudũ ex sulfure et pice ouiũ scabiẽ tollunt. Et cũ rasina mixtũ scabiem curat in hominibus: et cũ nitro si corpus ex eo fricat aufert pruritũ: et sup corpus puluerizatũ sudorẽ. Et qñ miscet cum rasina pini et aceto: aufert ĩpetiginẽ mortiferã: et maculas albas: et scabiẽ vlcerosam. Et ex his facile iudicare poterit indagator balnea sulfurea ꝓprietates et operationes. Itẽ ligatum in pecia et ipositũ i aqua ro. per noctẽ: et cũ eo sic facies balneetur quãdo itur dormitũ et i die quãdoq: sic pustule rubee faciei dicte gossoni aut bothor delet: per me expertum. Quibus inducant iuuamẽta et nocumẽta balnearũ que sic sulfure participant.

¶ De ꝓprietatibus aluminis. Rubrica II.

Cum alumẽ ad naturã sulfuris accedere videat: equum iudicaui de ipo sic ꝓsequẽter determinare qđ substãtie grosse et terree et ignee existit: nõ ab humiditate absolutũ: quia et si a cõplemẽto argenti viui defuit: ad eius tamẽ naturã aliquantulũ declinare videt. Est enim vi quadã coagulatum: que quidẽ non est sulfuris: sed aliquid ꝓprietatis habet cũ sulfure. cuius et si plures spẽs sint: tamẽ a Diascoride tres famosiores recitant. Una earum ẽ q dicit iameni: et alumẽ aliter scissum nominatũ vel lumẽ scaiola. Secũda q dicit rotũdũ: et dicitur zucharinũ: quia in sapore zucharo similat. Tertiũ dicitur humidũ siue liquidum: qđ lumẽ de rocha vocat. Et i areolis ꝓsequẽs sit pma. ¶ Electio. ¶ Eligatur vt melius iameni nouũ. albũ. fortis albedinis facile se diuidẽs. habẽs veluti capillos albissimos: quos vẽtus capit in sapore acre: qđ ex babylonia defert. Et sequẽs i bonitate ẽ rotũdũ: et ex eo melius qđ ẽ simile tucie nãliter rotũdũ: et nõ artificialiter tale coloris albi ad citrinitatem parump declinãs cũ pinguedine quadã: nõ habẽs lapides: cito fragibile: et ex babylonia exportat. Tertiũ vero et i bonitate postremũ ẽ humidum: et ex eo melius est clarũ habẽs sup se florẽ similẽ lacti: partium equalium et iunctarum: et ẽ totũ humidũ: ex quo exit odor: vt ignes. de quo theotonicus noster. Ferũt et inueniri alumẽ humidũ: et hoc ẽ sicut bitumẽ vnctuosum: qđ multum ẽ cremabile deficiẽs i odore aliquãtulũ a sulfuris vnctuositate et cremabilitate: qđ certe extimo opiniõnẽ nostram sequẽdo rudẽ illud eẽ qđ aquã aluminosam ferũt: õ qua post. ¶ Natura. ¶ Calidũ ẽ et siccũ ad tertiũ. Auic. et cõbustũ i gradu eleuatur altiori. est enim calefactiuum. exiccatiuũ. cuius exiccatio ẽ potẽs valde. ꝓpterea princeps. Eius stipticitas maior ẽ stipticitate bedeguar. Unde Gal. Et i eius sapore ẽ stipticitas multa. Diascorides. virtus omnium istarum spẽrum ẽ stiptica calefactiua. Ioãnitius autẽ eũ frigidum et siccum eẽ dixit. Cuius sniam experiẽtia qdam sic sufficientenus cõprobare videt. Nã cum ad vini cõseruatiõnẽ ne tpe i calido ebuliat: ab his qui diligentiã hñt de vini custodia: pro vnaqq mẽsura vini: quia ꝓ dolio vno iponitur. ℥. i. aluminis rotũdi siue õ rocha dicti. quo fit vt experientia docet vinum a putrefactione sic melius conseruari: que res non videtur ex alio cõtingere posse: quam frigiditate et siccitate aluminis ebulitionem prohibentibus. ¶ Operationes et proprietates. ¶ In ipso est prohibitio et exiccatio: et prohibet fluxum sanguinis: et prohibet fluxum superfluitatum et effusionẽ earum. Et aqua in qua lauatur primum genus quando est antiquum et colatur sepius: efficitur vltra modum cõsolidatiua et coagulatiua diuersorum corporum. Et propter hoc vtuntur ea alchimiste illa lotura: quam lac virginis vocant. ¶ Membra capitis. ¶ Eius decoctio confert dolori dentium: quando ex eo colluitur os. Uuis obscuritatem abstergit: et bothor in facie tollit: vt in pecia positum et in aqua ro. infusum. Singiuas restringit a quibus nimia fluit hũiditas vel saliua. et ꝓcipue zucharinum. Et cũ miscet cũ melle ꝯfert alcholle. Et cũ miscet cum melle et aceto dẽtes cõmotos ꝯfirmat. Et cũ succo virge pastoris cõfert bothor et cursui hũiditatũ ex aure. Et qñ cõmiscetur cũ aq et linitur caput: occidit pediculos et lendines et cimices: et oris fetorem aufert. Et est bonum apostematibus fraudulentis gingiuarum et vuule. Et ego id expertus sum cum vino granatorum applicatum inflationes gingiuarum sanat: abluto ore ex aceto et alumine: precedente tamen appositione ventosarum cum scarificatione circa spatulas et collũ. Ualet descensioni vuule. Recipe aluminis rotũdi: balaustiarum: corticum granatorum acetosorum: rosarum: seminis carum: gallarũ: cinamomi: piperis piretri: salis armoniaci ana. Itẽ alumen in vino halitum tepidum gargarizatum in causa frigida. in calida tempera. ¶ Membra nutrimenti. ¶ Non inuenio a Diascoride neq a Serapione et ab Auicẽ. in membris nutritiuis alumẽ proprietatem habere. Unde non parum admiratus sum: vt cur balnea de laporeta in passionibus stomaci ac intestinorum precipue ex causa frigida venientibus: tantam laudem commendationemq receperint. Ego quidem hanc virtutẽ eis eorum forti stipticitate sic attribuo. quare stomacis relaxatis humidis sic mirabiliter subueniunt. Et si iterrogabitur vt cur sulfurea sic bibita ad eorum cõmoditatem non accedunt: cum ampliori stipticitate vigeant. Dicendum esse puto quoniam stiptica que ad secundum perueniunt gradum: in conseruatione sanitatis stomaci optime valent: et inter alia principatum obtinere putantur. cũq fit lapsus ad humidum in eo: et ad parietum relaxationem: tunc potentioribus stipticis egebimus: et cum iam membrum ipsum debile sit natura ac amplius per accidens sit factum: ĩmoderatam stipticitatem: qualis est que quarti gradus: sustinere minime poterit: cum sic ĩmoderata qualitas actum virtutis proprium deyciat: quare media inter secundum et quartum eo tempore sic sustinebit et conueniens erit. Ceterum aqua talis i eius assumptione vt sulfuris aqua non horribilem se reddit et stomaco displicibilem. Est itaq stomaci et membrorum nutritiuorum conueniens: maximeq causa infirmante debili ente. Ex quibus infertur quod errorem cõmittũt qui particule patientis ac totius virtutem non considerant indifferenter omnes tales: quia eadem egritudine laborantes ad consimilia balnea vt proficiscatur consulũt. quare vt actũ cõtingit quosdam saluos fieri: et quosdam ĩfirmari. ¶ Mẽbra pectoris. ¶ Nõ repi eũ i passiõibus pectoris iuuar. verũ sua stipticitate id petẽte dicer possumus: in emanatiõe sanguinis ab eo vbi eius retentio quereretur mixtum cũ aceto aut aqua ro. velut gipsum cõferre sic extra applicatum. ¶ Membra expulsionis. ¶ Nimiũ fluxum mẽstruorum abscindit: et bibitum et suffu-

Lac virginis

migatū. vnde nastale ex eo factū cōfert fluxui mēstruo-
rum: ⁊ prohibet īpregnationē: ⁊ cōfert doloribus q̄ fiunt
in collo matricis ⁊ scissuris eius: ⁊ dolorib⁹ testiculoꝝ.
Uentrē soluit bibita: ⁊ notabiliter vt exꝑientia manife
stat. ¶ Sed forte dicet̄ cū stiptica sit vehemēter: ⁊ quo
modo soluit. Pro nūc dicatur ipsaꝫ a virtute baurachia
nō absolui: ⁊ de hoc diffuse infra suo loco. ¶ Uulnera ⁊
vlcera. ¶ Auicē. cū fece vini aluminis tātūdē desiccat
vlcera difficilia: ⁊ erpetē hestiomenū. Et similiter cū pō-
dere simili sui de salgēma apostemati corrosiuo: ⁊ valet
adustioni ignis. Diascorides. carnē corrodit supfluā ī sca
bie: ⁊ alijs vlceribus. Et tu addas maxīe adustuꝫ ī igne.
Adurūtur aūt spēs iste oēs ⁊ assantur: sicut assat̄ ⁊ adu-
ritur colcotar. prohibet vlcera fraudulenta ne augeāt̄ ī
corpore. Et quādo coquitur cū folijs vinee aut melle cō
fert scabiei vlcerate. Et qn̄ cogt̄ cū aq̄: ⁊ linit̄ sup pruri-
tuꝫ: aut sup vngues leprosos: aut sup panaritiū: aut sup
excoriatōes; que fiūt a frigore cōfert. Et quādo miscet̄
cū sale ⁊ aceto ⁊ quātitate sui ex gallis cōfert vlceribus
corrosiuis. Et quando miscet̄ duplū eius ex sale confert
vlceribus fraudulētis. Puluis ei⁹ cōfectus cū vermib⁹
inuētis in pingui terra īpositis valet ad cācruꝫ. licinium
ex tali cōfectione intinctū melle: ⁊ superasperso pulue-
re aluminis: si imitatur orificio fistule cōfert: sꝫ prius la-
uetur locus cū aceto. Et hic nota bonitatē balneaꝝ eba
ni: ꝑꝑ magnificū dn̄m Malatestā de Cesenis: de quo in
fra. Et quādo liniunt̄ cū eo apostemata flātica confert:
cōfertq̄ꝫ fissuris matricis. Et ex his facile iudicare pote
rit indagator proprietates aluminosarū balnearū: vt de
sulfureis supra: ⁊ tu considera.

¶ De proprietatibus salis. Rubrica. III.

ET quoniam contingit nō raro ter-
mas has salsuginosas
inueniri: ꝑcipue apud euganeos colles. hinc
de sale a nob agēdū erit cū sal ipē cū alumīe
cōueniētiā nō ꝑuā hēre videat̄. Dicam⁹ ita-
q̄ꝫ ꝙ sal terreū corp⁹ ē ex cinereo adusto aq̄
cōmixto genitū. Est eniꝫ cōpositū ex ꝑtib⁹ aqueis sine sa
pore: q̄ si sint equales salsus ꝑficit̄ sapor. dominātib⁹ vo
terreis ad amaritudinē pronior. Qui prima sui ī diuisio
ne diuidit̄ ī salē panis. salgēma: salē narcoticū: ⁊ salē īdū.
Et sal panis diuidit̄ in marinū ⁊ mineralē. Marinus q꞉
ex aqua maris fit: ⁊ mineralis: q꞉ ex minera venit nostro
attinēs ꝓposito: q̄ lōge fortior ac suis in oꝑationib⁹ om-
nibus potētior. a quo aque salse calide egrediūt̄ vt actū
⁊ de hoc longius infra. ¶ Reperiūt̄ aūt salis multipli-
ces denominatiōes. quoꝝ diuersitates ꝓsequi: ⁊ si ꝓpposi
to nostro nō sit vtile multū: ac attigere nō videat̄. tamē
vt tue dominatiōi aliqd gratū scribā semꝑ: qd̄ maxime
studeo aliqua extranea de sale ipso hic narrabo. Differt
aūt sal q̄ ex aqua maris magni ytaliā attingit: a sale qui
est ex mari oceano: qd̄ ad aqlonē ē versus flādriā ⁊ ger-
maniā. Nā q̄ ex aq̄ maris magni fit in locis vbi ē fluxus
⁊ adsunt reflexiones: est grādineus magnoꝝ granorum
velut nix grādinosa: ⁊ hic fit qn̄ aq̄ illa ī foueis deriua-
ta in fundo calore solis ī salē cōuertit̄. In mari aūt ocea
no ī fundo ei⁹ aq̄ cōuertit̄ in salē. nō ē aūt grādine⁹: sed
globosus nō ꝑlucidus. Reꝑiunt̄ ⁊ fontes ⁊ putei ex aq̄s
salsis ī plurib⁹ locis germanie: ⁊ ex decoctiōe illius aque
salē cōficiūt. Cōtingit ⁊ ex vrina hoīs: ⁊ ꝑcipue puerorū
salē fieri ꝑ oꝑationē alchimie. Nā vrina vt sal mordet ⁊
vrit: ⁊ a nā salis nō multū distās ē. q̄re ex vno in aliud fa
cilis ē trāsit⁹ ꝑ decoctionē: cuꝫ sal calidior sit vrina ⁊ sic-
cior: ⁊ sic ꝑ actionē caloris vrina ī salē cōuertit̄. Et ex h
loco accipe errorē alchimistaꝝ: formaꝝ distātiā ignorā-
tiuꝫ: q̄ ignorātes ꝙ ille trāsitus ē īpossibil꞉ enitunt̄ tn̄ for
mas disperatas sic alterare: vt opināt̄ ab vna in aliā trā
sitū fieri posse: vt stannū in aurū ꝯuerti. Sꝫ īpossibilita
tem talis trāsitus longo sermone ⁊ rōne ita ꝓsequitur
Aristoteles in methauris: ⁊ artifices faciūt cōgelatiōeꝫ
fere sensibilē artificialiter: q̄ꝫuis artificialia nō eodem
modo sint quo nālia: nec tā certa lꝫ ꝓpinqua sint ⁊ simi
lia. Et iō credit̄ ꝙ cōpositio ei⁹ sit nālis hoc mō vel vici
na huic: sꝫ ars debilior ē q̄ꝫ nā nec cōseq̄tur eā lꝫ multuꝫ
laborat. Sciāt ergo artifices alchimie spēs vere ꝑmuta
ri nō posse: sꝫ similia illis facere possunt: ⁊ tingere rubeū
citrino vt videat̄ aurū: ⁊ albū ēt tingere colore quo vo-
lunt: donec sit multū simile auro aut eri. possuntq̄ꝫ plū-
bi imundicias abstergere: vn̄ tn̄ semꝑ erit plūbū: ⁊ si vi-
deat̄ argētū. Sꝫ obtinebūt ī eo q̄litates aliene vt errēt
in eo hoīes: vt q̄ accipiūt salē: ⁊ salē armoniacū. Ceteruꝫ
ꝙ dr̄ia specifica a quo tollat̄ ingenio: ego nō credo pos-
sibile: ꝙ nō ē veꝝ ꝙ cōplexio in aliā vertat̄: q̄re illa sen-
sibilia nō sūt dr̄ia q̄ ꝑmutātur spēs: sed sunt accidentia
⁊ accidētales ꝓprietates. Differētie aūt eoꝝ nō sunt co-
gnite: ⁊ cū dr̄ia eoꝝ ignota sit: quō pōt sciri an tollat̄ nec
ne: aut quō tolli possit. Sꝫ expoliatio accidētium: vt sa-
poris coloris pōderis: vel saltē diminutio nō ē īpossibil꞉
q꞉ ratio circa hoc nō stat. Ceteruꝫ ꝓportio cōpositionis
illaꝝ substātiaꝝ nō erit ī oībus eadē. hec igit̄ in illā per
mutari nō poterit: nisi forte ī ꝓmā reducātur nāꝫ: ⁊ sic in
aliud qd̄ ꝓus erāt ꝑmutētur. Hoc aūt ꝑ solā liquefactio
nē nō fit: sꝫ accedūt ei ex hoc res q̄dā extranee. Nā ope-
rationes tales fieri debēt ī habētib⁹ simboleitatē: ⁊ hic
cōsideret alchimista. Et ī his ꝓsequi nō vtile facio: q̄re
ab eoꝝ narratiōe supsedeo: ēt ꝓmissuꝫ in areolis prose-
quens. ¶ Natura. ¶ Calidus ⁊ siccus ī secūdo: ⁊ quāto
amarior ⁊ acutior: tāto calidior. nā diuersitates eius in
caliditate ex sapore cōphēdūt̄. vn̄ mineralior calidior.
¶ Electio. ¶ Eligat̄ ad vsuꝫ humanū sal marin⁹ q̄ sic
sal dicit̄: q꞉ ex igne salit cū igneus sit: vl' quoniā solus sit
qui gustui oīuꝫ animaliū cibaria reddat sapida ac dele-
ctabilia: vt in hominibus ⁊ ceteris animalib⁹ ē videre.
¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est calefactiuus reso-
lutiuus exiccatiuus: vētositatū disruptiuus. cui⁹ fortitu
do operationū ē: ꝑꝑ resolutionē ⁊ stipticitatē ei⁹. Et ille
qui ē adustus: vehemētis ē exiccationis ⁊ resolutionis:
quare terme salse multū exiccāt. Confert putrefactioni
⁊ humorum grossiciei. Ipsius auteꝫ flos est eo subtilior:
⁊ eo q̄ ē adust⁹: ⁊ puluis ei⁹ ē ipsi ꝓpinqu⁹: ⁊ ambo resol-
uunt pl⁹ q̄ꝫ sal. ⁊ sūt ꝯstringētes nimis: ⁊ cauat⁹ ē mino-
noris resolutiōis ⁊ min⁹ subtilis: nisi sit pauci saporis si-
cut aluminosus. Ipse. n. ē stipticus resolutiu⁹: ⁊ cauatur
quādo lauatur multotiēs: exiccat sine mordicatione: et
frāgibilis ē magis abstersiuus: ⁊ quando miscetur cibis
frigidis dissoluit eos. Salgēma autē species salis est sic
dictū: quoniā vt gēma resplēdeat: ⁊ ipsum ventositates
effugat. Est incisiuus: liquefactiuus: subtiliatiu⁹: de quo
infra preseruatiuus: vt in clisterijs a putrefactione. qua
re salsa cōseruātur: ⁊ corpora que parata sūt putrefactio
ni: propter humiditatē superfluā que est in eis: ⁊ carnes
putridas corrodit: maxime quādo est adustuꝫ mordica-
tiuus: ⁊ medicinas debiles in virtute cōfortat ⁊ vigorat.
quare cū eis cōmiscetur vt in clisterijs. Et niger est for-
tioris resolutionis. Et omnes isti liquefaciunt humores
congelatos. Et amarus est vehemētioris resolutionis
⁊ calefactionis. Aggregat ⁊ resoluit: ⁊ hoc ideo: q꞉ mūdi-
ficat ex corpore illud qd̄ est ibi de humiditate adeo ꝙ
nō relinquit ex ea aliquid. dux medicoruꝫ in quarto ad
glauconē. Si capis pisces viuētes ⁊ proijciātur ī aqua

Sal sodome [illegible]

salita maris mortui: qd aque mortue nostri dicũt: stati mo-
riuntur. hoc autẽ cõtingere scias: quoniã ex amaritudine q̃
est in eo: q̃ quidẽ inimica est oibus aialibus: ⁊ etiã plantis.
reddit eniz nutrimẽtum mẽbris disproportionatũ. Est eni
sapor dulcis vltra modũ aialibus amicus. Nã sanguis bo-
nus nutritiuus suo in sapore dulcis est. vnde priceps. ⁊ sto-
machus bene dispositus nõ eligit saporẽ supra dulcez. Est
enim illius maris aqua multũ amara. ⁊ sal qui generatur
ex eo nominatur sal sodome a nomine mõtiũ q sunt circa
mare illud. ¶ Decoratio. ¶ Positus cum oleo tepido su-
per cõbustionẽ ignis ꝓhibet a vesicatiõe. Et cũ oleo ⁊ mel
le mixtus tollit vestigia nigra ꝑcussionũ. Et quãdo miscet̃
cũ oleo: ⁊ aceto sedat pruritũ: quãdo cũ eo iungit̃ iux̃ ignẽ
donec sudet: ⁊ cũ sauicordei ⁊ melle idẽ operat̃. Et cũ mel
le delet pãnum. Fricatio cũ eo adusto est dẽtifriciũ bonuz
mundificãs dentes a sorde. ⁊ fortius in hoc est salgẽma. Et
cũ melle cõfert sanguini mortuo qui ẽ sub oculo: ⁊ miscet̃
cum adipe vituli ad bothor q̃ fiunt in capite. Et cuz melle
aceto: ⁊ oleo cõfert squinãtie. ¶ Mẽbra capitis. ¶ Con-
fert cũ sulfure: ⁊ melle cõtritioni neruoꝝ: ⁊ casui: ⁊ offensio
ni. Et cũ oleo coctũ: ⁊ pauca terbẽtina sup puncturã nerui
cecã. Et ꝓhibet a spasmo: ⁊ ab epilepsia. cõfirmat gingiuaz
laxam ꝓprie salgẽma. Ualet dolori auriũ cuz aceto more
emplastri suppositus. Ualet ⁊ casui vuule: ⁊ cũ melle apo-
stematibus amigdalaꝝ: ⁊ cursui humiditatuz ad gingiuas
⁊ ad vlcera eaꝝ corrosiua. Et cum farina: ⁊ melle tortioni
neruoꝝ: ⁊ attractioni lacertoꝝ. clarificat visum. Et cum sa
le gdem cũ oleo ⁊ melle fit emplastrũ sup oculum: ⁊ resol-
uit obfuscationẽ sanguinis cõgelati in eo. ⁊ ẽ hec operatio
nõ nisi experti medici. ¶ Mẽbra pectoris. ¶ Spẽs gdez
salis oẽs icidunt flegma vitreũ ⁊ viscosum in pectore.
¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Spuma q̃ est sup salem salinariũ
qñ extẽditur sup coriũ: ⁊ ponit̃ sup splenẽ resoluit duriciẽ
splenis. ⁊ ideo in casu ꝯfert balneũ tale: vt de ebano infra.
Est subuersiuus stomachi cõturbatiuus ꝑparãs ad vomi-
tum: ⁊ ꝓprie salgẽma. quo loco accipe si terme salse potari
debẽt vt potatur aqua porete: de quo suo loco. Uerum sal
panis appetitũ excitat: ⁊ cibum sapidũ reddit. veꝝ confert
doloribꝰ stomachi frigidis. ⁊ salgẽma mũdificat stomachũ
⁊ cõfert dolori eius: ⁊ pulueriçatũ cõbustum calidum ori-
ficio stomachi approximatũ. ¶ Uulnera: ⁊ vlcera ⁊ pustu
le. ¶ Corrodit carnẽ additam. cõfert scabiei vlcerose: ⁊ i-
petigini vlceribus fraudolẽtis: ⁊ corrosiuis cũ melle. Et ex
ipso cũ aceto fit linitio iuxta ignem: ⁊ sudare facit. ⁊ sedat
pruritũ de quo in de decoratione. Et qñ fit emplastrũ cuz
melle: ⁊ oleo resoluit furũculos. Et quãdo miscet̃ cũ origa
no: ⁊ fermẽto resoluit apostemata testiculoꝝ flegmatica.
¶ Mẽbra expulsionis. ¶ Omnis sal solutione educit hu
mores viscosos grossos: ⁊ eius eductio est liquefaciẽdo qd
inuenit ex humiditatibꝰ: ⁊ post illud strĩgit. Et id vsus ene-
matum corpus stipticat. cõsidera. Sed sal panis leuẽ effi-
cit supfluitatũ egressionẽ. ⁊ clistericatus educit flegma vi-
treũ. Quare in habẽtibus viscera frigida flegma tale mul
tiplicantia: enemata ex aquis termaꝝ salsis cõferũt. Sal-
gẽma quoqꝫ potẽtius est in exoluẽdo flegma vitreũ: ⁊ ex-
pellit humores: quoꝝ eradicatio est difficilis. Et qñ sumit̃
in potu cũ vino: ⁊ aqua laxat ventrẽ. verũ est malus stoma
cho Auic. Sal omnis facilem efficit superfluitatum egres-
sionem ⁊ descẽsionẽ cibi a stomacho. Et niger educit fleg-
ma ⁊ melãcoliam. ⁊ sal quidẽ vltimus est ad dissinteriã cõ
sidera. Et adiuuat medicinas resolutiuas ad eradicãdum
melancoliã: ⁊ humiditates viscosas de partibus mẽbri. Et
cuz mẽtastro mõtano: ⁊ butiro: ⁊ fermẽto ꝯfert apostema-
tibus testiculoꝝ flegmaticis. Et cũ mẽtastro: ⁊ melle con-
fert vlceribus nigris. ¶ Uenena. ¶ Et quoniaz pricipes
⁊ magnates aut iuidia aut inimicitia: ⁊ odio a venenis nõ
raro molestari cõsueuerũt: sicqꝫ diligẽtes antidota contra
eum facti sunt. hinc cum sal hoc in loco nobis deseruiat: de
eo a me agẽdum sic erit: vt tibi semp cõplaceã: ⁊ de eo ma
gis cũ sit nobis maxĩe cõis ac veluti semp ꝓximus. Fit. n.
ex eo emplastrũ cum semine lini ad puncturam scorpionũ
Diascorides. Auic. Serapio. Et quãdo teritur ⁊ ligatur in
pecia lini: ⁊ imergitur in aceto forti: aut miscet̃ cu m aceto
ipso: ⁊ ponit̃ sup locum in quo est morsura alicuius veneno
si aialis cõfert. Et cũ mentastro montano: ⁊ ysopo: ⁊ melle
ad morsum habẽtis. 44. vespe. Et cum oximelle bibitus
nocumẽto opij ⁊ fungoꝝ mortiferoꝝ. Et idem sic veneno
resistit. ⁊ cũ melle ⁊ vuis passis cõiunctus carbũculũ sanat
siue antracẽ. ¶ Mẽbra iũcturaꝝ. ¶ Cum oleo mixtũ su-
perpositum cõfert. Et ex his accipe iuuamẽta ⁊ nocumẽta
balneaꝝ salsaꝝ ⁊ aque marine.

¶ De ꝓprietatibus nitri. Rub. IIII.



Nitrum cum naturaz salis sapere videat̃
post narrationez de sale: de ipso
nitro sic agamus. Nitrũ a nitra isula in q̃ prio Nitro a Nitra Insula
iuentũ fuit sic dictuz. Diuidit̃ in illud qd mine
rale est: ⁊ illud qd arte fit. Et primum attingẽ-
tes nostro proposito necessarium dicamus. q̃
Auic. ⁊ plures alij eum baurach nominãt vt arabici: hoc la
tine dicatur nitrum. Est autem de genere salis: obscurius
tamẽ q̃ salgẽma plucidum laminosum tenue: ⁊ in igne as-
sabile. ⁊ amissa substãtia aquea superflua siccum efficitur
⁊ est sale acutius. Habet eniz tres famosas species: a tribꝰ
locis famosis nominatas. Armenum. vz. africanum ⁊ teo-
tonicuz. Et hoc in loco qui grossaria dicitur: magis cũ abũ
dantia inuenitur. Nam pluuia cadente super montez qui
plenus est minera eius: ⁊ collocata per montem cuz venit
ad spatium centum passus in foueam a fossoribus factam:
⁊ in ea materia sic in nitrum cõuertitur: qd ab incolis exti-
matur esse salgẽma. Spuma aũt nitri vocata flos nitri est
subtilioris substãtie: ⁊ est eligibilior nitro: ⁊ melior est que
ad colorem marmoris tendit. ⁊ est multum frãgibilis. Et
africanum ceteris est acutius. Et ex eo aliqd album est ali
qd rubeum: aliud puluerulentum ⁊ multoꝝ coloꝝ. ¶ Ele-
ctio. ¶ Auic. Serapio: melius ex eo est armenum leue la
minosum frangibile spongiosum album aut purpureuz ro
seum velut spongia foraminibus plenum mordicatiuum.
Eligatur eius spuma marmorea facile frangibilis. ¶ Na-
tura. ¶ Calidum ⁊ siccum in fine secundi: ⁊ eius siccitas
fortasse deducitur ad tertium. ¶ Operationes. ¶ Est in-
cisiuum abstersiuuz resolutium stipticum: ⁊ virtus abster-
siua est maior stipticitate eius desiccatiuum: quia si per os
sumitur: ⁊ bibitur humores grossos ⁊ viscosos plus q̃ sal
subtiliat: ⁊ resoluit ventositates cum aneto aut ruta admi
nistratum. Auic. abstergit fortiter: ⁊ lauat ⁊ precipue africa
nuz. mundificat excoriat: incidit humores grossos. ⁊ i bau
rach est stipticitas pauca cum abstersione bona ꝓpter sui
salsedinem: nisi in africano. ¶ Decoratio. ¶ Attenuat ca-
pillos super ipsos pulueriçatum. ⁊ quando ex eo fit empla-
strum attrahit sanguinem ad illud qd apparet de corpore
⁊ facit vt color sit bonus. ¶ Membra capitis. ¶ Cõfert
furfuribus: ⁊ quando dissoluitur in aqua aut vino ⁊ distil-
latur in aurem: sedat dolores eius ⁊ ventositates eius que
sunt in ea. Et quando fit alchool cum melle acuit visuz. Et
quando miscetur cum cerotis: ⁊ fit inde emplastruz: para-
lisi que facit declinare caput ad posteriora ⁊ torsionibꝰ ner
uorum confert. ⁊ miscetur cum pasta ⁊ fit panis habẽti pa
ralesim lingue. Et cum vino aut sy. ⁊ ysopo confert surdita
ti ⁊ sonitui. ¶ Membra nutrimenti. ¶ Cõmouet nauseã
⁊ vomitum. ⁊ ideo ipso nõ vtimur nisi cum egemus medi-

cina forti. Et fit emplastrum cum eo: ⁊ ficubus super ventrem ydropicoꝝ: ⁊ extenuat ydropisim. Hic accipe balneū nitrosum in ydrope conferre. malum est stomacho ipsum corrumpens. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Soluit cū supponitur: ⁊ quando comeditur cum ruta: ⁊ cimino: aut decoctione rute ⁊ aneti sedat dolorē vētris pungitiuum: ⁊ in hoc vincit salem. Et cum medicinis īterficientibus vermes bibitum educit eos. ⁊ similiter cum ex eo venter ⁊ sumen emplastratur interficit vermes: ⁊ sedeat qui linitus est iuxta ignem. Et ꝑpter similia a sale distinguitur. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Confert pruritui: quia resoluit cū aceto: ⁊ cōfert scabiei: aufert carnē que crescit: ⁊ destruit eam absq̧ nocumento aliquo. Uisuz ē etiā sanare tibias vlceratas: ⁊ tumefactas: si ex aqua eius liniant̄: ⁊ petia superponatur cum lamina plumbea. ¶ Uenena. ¶ Bibitum precipue africanum prefocationi fungoꝝ cōfert valde adustū: ⁊ non adustum: ⁊ precipue quādo bibitur cum aceto: ⁊ aqua etiam si fuerint pernitiosi: ⁊ spuma eius. ⁊ ponitur cuz adipe asini super morsum canis. Et bibitur cū aqua frigida ꝑpter potuz cantaridaꝝ. ¶ Febres. ¶ Et si miscetur cū aliquibus vnguentis ad ignē ante aduentū accessionis per horam in febribus periodicis aufert rigorem. Quibus īducantur iuuamenta ⁊ nocumēta balneaꝝ que sic nitro participant.

¶ De proprietatibus cineris. Rca. V.

Cinis est veluti puluis qui ex adustione aut lignoꝝ: aut alterius rei resecatur: ī quo ēt hūiditatis ē priuatio qua flāma amplius nutriri possit. Quibus inducatur ꝙ est quoddā terreū in quo remāsit impressa vis ignea: ⁊ fumosa. Et cū pars ista subtilis sit ex ꝯmixtiōe eius cū aqua sic recedit remanēte parte terrea que est debilior: ⁊ sic remouetur acuitas eius. quare cinis sic reddit̄ absq̧ mordicatione exiccatiuus. Diuersificatur aūt in genere ſm diuersitates rerū a quibus deciditur: vt cuz ex lignis quercinis: aut ex gallis factus fuerit. Inde reddit̄ magis stipticus: ⁊ ex lignis salicinis minus. Or si ex ficu arbore factus fuerit: ibi aderit multa adustio ⁊ abstersio. Quando itaq̧ cineres lauantur: terreū fridū remanet absq̧ mordicatione exiccans. Et hoc notent cirugici: vt statim. Et dixit Diascorides. aqua cineris īgredit̄ in putrefacientibꝰ: et adurit sine dolore: ⁊ est abstersiua. ¶ Electio. ¶ Eligatur ſm diuersitatem intentionis habite: vt ex lignis magis: ⁊ minꝰ stipticis calidis ⁊ hꝰ. ¶ Natura. ¶ Cinis ⁊ si partes terree in massa vincāt: ignee tamē derelicte in vigore eas superant: ⁊ si subtiles sint facile resolubiles. ꝑpter qđ extimo eos calidos esse ad secūdum. Nam aqua que distillat̄ ex cineribus acuitatem habere sentit̄. ⁊ calidior q̄ ex arbore ficus fit: siccus in secūdo vsq̧ ad tertiuz. vnde eius stipticitas est fortis. ¶ Operationes. ¶ Omnis est abstersiuꝰ exiccatiuus: q̄uis diuersificet̄ vt actuz. Et ablutio minuit eius abstersionem: ⁊ acquirit ei glutinationē: ⁊ exiccationē sine mordicatiōe. Aqua vero cineris īgredit̄ in medicinis putrefaciētibus. ⁊ fortior earū est aqua cineris fici: ⁊ ex lacticinys: ⁊ abstersio reliquaꝝ aquaꝝ cineris: ⁊ siccitas sūt minores q̄z istaꝝ duaꝝ. Et cinis lignorum stipticoruz sicut quercus: ⁊ reliquoꝝ stringit sanguinem. ¶ Mēbra pectoris. ¶ Cinis almeçereon ꝯfert squināntie. ¶ Membra nutrimenti. ¶ Aqua cineris arboris ficus domestice: ⁊ siluestris in qua stetit cinis ipse pluribꝰ horis deīde colata ydropisi cōfert si spongia in ea infusa super tumorem ponit̄ sicq̧ tumores tibiarum equorum remouentur: ⁊ tu ꝯsidera. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Aqua iaz dicta: ⁊ securior ex q̄rcu arbore vl' ex glādibus facta clistericata ꝯfert ad vlcera intestinoꝝ. vnde dux medicoꝝ. Et ego restrinxi sanguinez cum his cineribus. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Et ꝯfert vsus eius ad vlcera fraudolenta: ⁊ corrodit carnem que crescit in vlceribus: ⁊ īcarnat ⁊ consolidat. ¶ Uenena. ¶ Et bibit eam cui in potu datum fuit gipsum: ⁊ ille quez momordit rutella: ⁊ cōfert. Faciunt eniz hoc omnes species cineris: ⁊ proprie arboris glandiuz: ⁊ sunt omnes stiptice. Quibus indicantur iuuamenta ⁊ nocumenta balnearum que sic cinere participant.

¶ De proprietatibus calcis. Rub. VI.

Et quoniam calx vt dux medicoruz voluit: species est cinerum: post capitulū de cineribus: capitulum de calce faciemus dicētes ꝙ lapis est adustus: ex cuiꝰ ꝯmixtiōe cum arena ⁊ aq̄ fit cementū. Et hec viua dicitur vnde Dyascorides: quedā fit ex lapidibꝰ: quedaz ex conchilys marinis: quedā ex marmore. Quando autē hec ꝯburuntur in igne donec fiāt alba ītus ⁊ extra fit calx. Quo ex loco accipiatur: ꝙ cū Democritus: vt actū: asseruit: montes calceos in ventre terre īueniri: super quos aqua defluēs caliditatē fortē acquirebat: ab eoq̧ sic in vētre terre ignē repiri negatuz nō fuisset: cū calx ab igne ꝑducatur: vt etiā Dyascorides scripsit. ¶ Electio. ¶ Melior oīum est illa que ex marmore fit: ⁊ ꝑ structuris eligatur q̄ ex lapide duro fit. ꝑ tectis aūt eligatur q̄ mollior. ¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est calefactiua. exiccatiua. inflāmatiua. mordicatiua. cauteriçatiua. adustiua faciēs escarā maxime que in fornace fit. Uiua autez: que. s. in fornace nō fuit cruda a quibusdā appellata: post extinguitur: facit cuz hoc adustionez dum est nouiter extincta. sed post duos vl' tres dies minuitur virtus eius. ⁊ quādo abluitur cessat hec operatio ab ea: ⁊ mordicatio eius remanet in aqua. ⁊ aqua eius fit putrefactiua. Et sic fit calx exiccatiua sine mordicatione. Et cum bene lauatur: ⁊ sepe nō habet mordicationem omnino. Et dixit dux medicoruz: ꝙ calx est ex speciebus cineris: ⁊ est subtilior q̄z cinis lignorum: ⁊ hoc accidit propter nimietatem ignis: que necessaria est adustioni lapidis plus q̄z lignorum anteq̄z fiat cinis. Et si lauatur cuz aq̄ marina resoluet resolutione forti. Et si miscetur cuz asiungia: ⁊ oleo fit maturatiua mollitiua resolutiua īcarnatiua cōsolidatiua. Et oportet ꝙ scias ꝙ calx noua viua quā nō tetigit aqua: est illa fortior quam aqua tetigit. Abscindit fluxum sanguinis. ¶ Natura. ¶ Calida est ⁊ sicca ad q̄rtum. Platearius. sed vna est altera fortior acutior ⁊ calidior. ⁊ preparatio de sua acuitate tollit: ⁊ addit: vt ex habitis manifestum est. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Corrodit carnez additam: ⁊ abluta consolidat ⁊ cōfert adustioni ignis: qua ex re apotechary in cōficiendo vnguentum de calce: quo ī adustione ignis vtuntur medici: prius ipsaz bene ac sepe lauent. Et viua melior: ⁊ mixta cum oleo vulneribus putridis ac pustulis confert. vulnera ⁊ incisiones consolidat. Et si carnem corrodit superfluam: eam etiam in vulnere crescere nō permittit. ¶ Decoratio. ¶ Calx viua cuz auripigmento ⁊ aqua admodum pultis decocta pilos cadere facit. ⁊ sic suo acumine poros aperit. Quibus colligantur iuuamēta ⁊ nocumēta balneaꝝ: q̄ sic calce participāt.

¶ De ꝓprietatibus gipsi. Rubrica. VII.

Et gipsum aggrediēs: dicamus ꝙ gipsum terra est quedam glutinosa: a quibusdam speculum dicta: q̄ ꝑpter sui maliciam vt post: nō nisi ad extra ministratur. ¶ Natura. ¶ Frigidū est ⁊ siccuz: ⁊ minerale longe frigidius. infrigidat ⁊ exiccat q̄z qđ combustuz fuit. quo vtuntur ad fabricandum domos bononienses: ceteriq̧ tales quibus magna est apud eos copia. Et certe opinor ꝙ eius frigiditas nō parua sit: ⁊ secūdum fortassis pertransiens gradum. ¶ Operationes ⁊ proprietates. ¶ Est

desiccatiuum conglutinatiuum opilatiuuz: eo ꝙ facit partium aggregationẽ. ⁊ ponitur super pectus in fluxu sanguinis cum medicinis siccis vt cum aceto: ⁊ stringit eum: ⁊ cõmixtio albuminis oui cum eo bona est. Est autem in eo stipticitas cuz glutinatione faciẽs adherere. Et quãdo aduritur subtiliatur. ⁊ additur eius desiccatio. simul minuitur viscositas: ⁊ efficitur stipticum precipue cum aqua ⁊ aceto mixtum. ¶ Membra capitis. ¶ Linitum super frontez cum aqua ⁊ aceto: aut pileo super caput facto ex eo fluxuz sanguinis ex naribus retinet. Et mixtum cum bolo armeno aut aqua mirti: ⁊ aceto. Et miscetur cum albumine oui ad obtalmiaz. ¶ Membra pectoris. ¶ In fluxu sanguinis cum aqua ⁊ aceto mixtum: ⁊ cum petys superpositum cõfert. ⁊ est operatio prudẽtis medici: ⁊ idifferenter vndecunqꝫ fluat. Nam id in diebus meis vidi: ex applicatione eius cum aceto ad caput inde corporis mollificationem sequi. ¶ Membra expulsionis. ¶ Mixtum cũ medicinis ad hoc fluxui antiquo intestinoruz ⁊ vlceribus eoruz confert. Et consimiliter ad fluxum menstruorũ iuuat. ¶ Uenena. ¶ Est ex sũma venenorũ prefocantium. vnde Dyascorides. quando bibitur occidit prefocando. Et tu quoqꝫ considera bonitatem ⁊ maliciaz aquarũ putealium. bononie: quoniã omnes gipsee sunt. Et q̃ꝫ facile foret maliuole anime vxoris coniugem interficere: cum semper sibi paratum sit venenũ. Quibus indicãtur iuuamẽta ⁊ nocumẽta balnearũ que sic gipso ꝑticipãt.

¶ De ꝓprietatibus ferri. Rub. VIII.

Et quoniam inter balnea que naturam verorum mineralium sapiunt: cõmuniora sunt ferrea q̃ꝫ enea: hic de ferro prius. Et si apud veteres nostros de ere prior fuerit notitia. Nam terram veteres nostri ere prius foderunt q̃ꝫ ferro: ⁊ bellorum certamina expleuerũt. fuitqꝫ apud eos tanta oliz eris dignitas vt aurum: ⁊ argentum spernentes illud magis excoluerint. Sic enim etatum varietas. ⁊ temporum res ad vsum mortalium accõmoda electas: nunc in honorez: nũc ad dedecus aliquando perduxit. Non eniz eoꝝ iudicia voluntaria in rebus omnibus sic stabilire se potuerũt. Et cuz vilissimum sit metallorum: de eo posterius agendum erit. Generatur autem ex argento viuo terrestri ponderoso lutulento valde immundo: ⁊ ex sulfure immundo terrestri: sulfure dominante. propterea est inflammationi paratum cuius virtus conuertit argentum viuum in ferri speciem: ⁊ ideo squamosum est. ⁊ de facili rubiginem contrahit: ꝓpter sulfuris adustionez. ⁊ forsitan pars terrestris sulfuris est attramentosa. propterea limatura eius confert ad nigredinem encaustri: quoniam ab humore vnctuoso non est purgatum. Et ideo facilis est adustionis. cuius signum accipiatur. Nam cum pinguedo superponitur ei vt sepum vel pix eum aperit: ita ꝙ stãnum superinfusum eidem substantiam eius ingreditur. post cuius ingressum: ita frangibile efficitur: ꝙ ex postea fabricari non potest. Adustio autem terrestris substantie pinguis probatur per multaz scoriam que ab ipso separatur: ⁊ maxime per hoc ꝙ frequenter vt quedam grana nigra in terra effunduntur. Quibus accipitur ꝙ nõ funditur vt cetera metalla: sed tantuz mollificatur. qđ extimatᷣ ex terrestreitate eius euenire. vt quoniam caret substantia aerea: ⁊ humida aquosa plus ceteris metallis. vnde Hermes tarde liq̃factionis in ferro causaz efficit terrestreitatis partium eius prohibens fluxum. In igne tamen magno cum sabulo: ⁊ sulfure aspersum distillatur: ⁊ depuratur. Et ex eo propter ipsius duriciẽ fiũt instrumẽta: vt ĩcudines mallea ⁊ cetera qbꝰ cetera laborãtur metalla. Siccitas autem eius ad fortitudinem acutoꝝ angulorum operatur. propter quod fit ĩcisiuum perforatiuum eorum que incidi ⁊ perforari habent. Et ferruz a feriendo dictum est. sic enim sua duricie vt actum est omnia alia metalla ferit domat: ⁊ concutit: dilatat ⁊ cõprimit. Et quoniam extinctio eius in aquam: ipsum nimium indurat. hic qui voluerit ipsum mollius reddere cum oleo temperet. Ferrum ex sanguinis contactu rubiginem contrahit. ⁊ cũ eius substantiam subintrauit vix remouetur. quare stipendiary cum percusserũt gladio ilico illud mundent. vnde Isidorus. A ferro inquit sanguis humanus se vlciscitur: qr de nulla re alia ita cito per rubiginem consumitur: sicut quando humano sanguine perfundatur. Adamas autem ipsum attrahit. ⁊ ferrum attractum mediante vase argenteo: ⁊ eneo ipsuz sequitur: subycitur ⁊ obedit. Et ꝙ tibi placere scio hoc adyciam scitu iocundum. Si alumine ⁊ aceto politum ferrum linitum fuerit: rubigine carebit. Idez de cerusa aut cerui medulla si linietur. Et q̃ꝫuis infimum metallorum ponatur: non tamen sic spernẽdum esse puto. Nã eos non accuso q ferri plus q̃ꝫ auri dignitatez excoluerũt. ipsi nãqꝫ grandes ferri vtilitates considerantes sic cuz magnificauerunt. Res nãqꝫ publica absqꝫ ferro tute non agitur. Neqꝫ sine eius motu securitas hominibus habeᷣ. ferro communis iustitia regitur: tuetur innocentia. reproborum audacia metu ferri coercetur. sine ferro nullum mechanicum opus fere perficitur: nullum contrahitur edificium. Agricultura nullatenus exercetur. Quare vt Isidorus ferrum dictum quia farra. idest semina nostra condit. Nam panis ceteraqꝫ talia ferro vacãte congrue ab hoibꝰ nõ vẽdicanᷣ. Ceteraqꝫ metalla vt actuz ẽ: ferro domanᷣ ⁊ ad humanum vsum rediguntur. Et scoria ab eo per decoctionem venit: cuius vtilitates suo dicentur loco.

¶ Calibs autem ferri species alia non est: sed eius subtilior pars: ⁊ aquosior per distillationem a ferro extincta. quare sic per vim ignis durior fit ⁊ opacior: ⁊ ꝓpter partium subtilitatem que duriores efficiuntur quando vruntur. Estqꝫ albius propter maiorem a terrestreitate separationem. et cum nimis induratur sciditur. ⁊ percussus diminuitur ꝓpter nimiam sui desiccationem. Est vero diuersitas aque in desiccando plus ⁊ minus. Unde fabri querunt specialiter aquam in qua ferrum extinguant: ex quo cõficiunt gladios. Nam cuz candet: ⁊ in aqua mittitur induratur. eo ꝙ calidum frigiditatem aque fugiens: ad interiora ferri conuersum: in ipso mãle vł nãle humidũ consumit. cuius consumptione magis ⁊ magis induratur. Quibus fabri accipiant quomodo instrumenta ferrea molliora ac dulciora: ⁊ duriora ab eis fieri poterunt: ⁊ ad id qđ de eo dictuz est sic aduertant. ¶ Operationes ⁊ proprietates. ¶ Est infrigidatiuum exiccatiuum stipticum. quare aqua in qua extinguitur stiptica redditur ⁊ exiccatiua: ⁊ magis illa in qua calibs extinguitur. Et pariformiter scoria eius est stiptica: ⁊ est çiniar fortioris exiccatiõis omni scoria. Et plurimi medicorum vtuntur ea aqua ad desiccationem: ⁊ ad stipticãdum: ⁊ prohibendum fluxum humorum. quinimmo ⁊ intestinorum: ad bursam sic continuata embrocatione ex ea cum spongia super locum rupture. ¶ Natura. ¶ Frigidũ est ⁊ siccum. ⁊ maior est sua frigiditate siccitas. quare redditur plus stipticum q̃ꝫ infrigidatiuum. Gradus autem in frigiditate eius vt extimo ad secundum peruenit. ⁊ sua siccitas cum multa participet terrestreitate ad tertium. ¶ Membra capitis. ¶ Quando teritur erugo ferri cum aceto forti ⁊ coquitur in ipso est illud acetum medicamen saniei antique currenti ex aure ⁊ confert asperitati palpebrarum ⁊ vngule oculi. Et erugo stringit gingiuã. ¶ Mẽbra nutrimenti. ¶ Uinum ⁊ aqua in quibus extinguitur ferruz candens confert apostematibus: ⁊ duriciei ⁊ tumo-

ri splenis: ⁊ mollicieі stomachi ⁊ debilitati eius: ⁊ fluxui q fit a stomacho: corroborat stomachum relaxatum: ⁊ debilitatum maxime a colera. ¶ Et si extinguitur in vino cādēs confert vinum illud ydropisi ⁊ colice. ¶ Membra expulsionis. ¶ Confert vinū illud fluxui vrine: fluxui mēstruorum: ⁊ relaxationi fiteri: ⁊ egressioni ani. ⁊ distillationi vrine insensibiliter. Quando ex erugine ferri fit nastale: stringit fluxum antiquum matricis. confert fluxui emoroydarum. ¶ Uenena. ¶ Et quando datur in potu scoria ferri cum squiniabin. idest melle ros. resistit veneno plāte: que dicit̃ aconita. vnde Naso. Miscēt aconita nouerce. Et scoriam ferri non deserentes dicamus ꝙ apparens est cōtradictio principis ad Salienum. inquit dux. Omnis scoria desiccat desiccatiōe forti: nisi quia scoria ferri est debilior aliis. Et priceps scoria fortioris exiccationis est scoria ferri: ⁊ quando ad tertium peruenit gradum in exiccādo sicq; ferrum terrestrius auro ⁊ argēto: hic textui pricipis plus adhereo. ⁊ forte textus ducis corrupt⁹ est. neq; a caliditate absoluitur. vnde resoluit apostemata calida. Scoria ferri stomachum confortat: ⁊ exiccat superfluitates eius: ⁊ confert sue mollitiei sic cum vino antiquo potata. Et si buliat ⁊ in eo fiat sessio: confert fluxui emoroydarum. ⁊ abscindit fluxum sanguinis menstrui. ⁊ est in eo vltima: ⁊ similiter i vrina. ⁊ coartat anum linita. Limatura autem ferri mala est stomacho excitans vomitum: ⁊ aliquando sic ad mortem perducit. Uerum puluere adamantis vel aqua in qua per noctem iacuerit eius violentia reprimitur. Quibus accipiantur iuuamenta ⁊ nocumenta que ex aquis termarū ferrearum eueniunt.

¶ De ꝓprietatibus eris. Rubrica. IX.

Compositionem ⁊ materiam eris dicere volentes vt eius natura facilius intelligatur: supponamus ex pricipiis artis metallum omne ex sulfure ⁊ argento viuo componi. Nam es metallum est ex argento viuo plus ꝙ oportet aliquantulum habens per commixtionem sulfuris ad formā ruboris deductum. hic enim rubor acquiritur per adustionem fortem substantie sulfuris feculente. nam per talem accensionem sic argento viuo commiscetur: propter quod ab ere multum fecis resoluitur: ⁊ in igne multum euaporat. Eris multe scribuntur species: quas vt negocio nostro inutiles relinquo: ad naturam eius me conuertens. ¶ Natura. ¶ Calidum est ⁊ siccum ad tertium. ¶ Operationes. ¶ Est calefactiuum. exiccatiuum. abstersiuum resolutiuū. incisiuum. stipticum. acutum. incarnatiuum: ⁊ maxime vstum. Et ablutum melius corporibus mollibus: nō ablutum vero corporibus duris. ⁊ squāma eius siue batitura ē subtilior ꝙ substantia eius. Et est subtiliatiuum. constrictiuū vlcerum: mūdificatiuum: ⁊ icarnatiuum cōsolidatiuū: carnē diminuens superfluam nō permittens eam augeri. Et abluitur sicut tutia vel climia: quia mutatur aqua eius sepe: quia vsq; ad vices quatuor ⁊ vsq; ad quinquies aut quousq; nō natat super aquam aliqua sordicies. ⁊ scoria eius similiter abluatur. Et scribitur solatiosum: ꝙ si cum forpicibus de specie eius que nominatur talacon fiat pilorum incisio eorum ortum prohibet. iuuenculis gratum barbitōsoribus inimicū. ¶ Mēbra capitis. ¶ Confert duricici palpebrarum. ⁊ visui acuit suis cum canonibus administratum. carnem superfluam corrodit in naribus ortam aut in ano. ¶ Membra nutrimenti. ¶ Confert ydropisi maxime laxando ventrem: vt statim. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Prohibet vlcera corrosiua ambulare: ⁊ ea incarnat ⁊ consolidat: ⁊ mūdificat: ⁊ flore eius medici in eorum vnguentis ad fistulas curandas vtuntur: vt in vnguento egiptiaco ⁊ huiusmodi. ¶ Membra expulsionis. ¶ Soluit aquam citrinam quando cum melle bibitur absq; nocumento. ⁊ dosis est aureus vnus: ⁊ medius. Et quando sumuntur ex eo quattuor anolosat laxat chimum grossum. Sed hec oīa peritia medicorum expertorum indigēt. ¶ Uenena. ¶ Auicēna. oportet quidem vt caueatur vsus dimittendi illud in quo est salsedo aut amaritudo aut pinguedo: sicut sunt olera ⁊ carnes: aut acetositas: aut dulcedo in vasibus eris ⁊ bibendo cum eis. ipsa. n. transmutant proculdubio çinçariam. ⁊ çinçar est venenum. Quibus tua accipiat dominatio quanto errore ducuntur mortales: qui aquam quā bibunt: qua ve cibaria ac carnes decoquunt: oleumq; in vasis eneis etiam longa cum mora seruant. Js enim omnium fere ytalicorum mos est. Et vt cautior doctiorq; fias: id philosophi qḋ supra de compositione cacabi in de balneo aereo scriptum est relege: vbi vasa enea sic damnantur. Nam hec tibi lectio repetita delectabit. Ex quibus iuuamenta ⁊ nocumenta balnearum erearum sic plane accipiantur.

Capitulum. III. De naturis ⁊ ꝓpetatib⁹ balnearum nāliū cōtinēs rubricas.

Satis atq; etiā satis de mineralibus balnearum cōpositarum a nobis scriptum esse puto: quarum perlucida: ⁊ ad summum clara doctrina absq; simplicium exquisita notitia haberi enucleariq; minime potuit. Jd tamen facile intelligo a nonnullis de eorum prolixitate sic accusari me debere. Uerum vt actum: cū in eis plurimi contingant errores: vt sic facilius aperiantur ad mortalium salubritatem: non ad mordendos alios eorum longitudini sic locum dedi. vt quantam etiam composita balnea vim habeant: sic clare distincte ⁊ indiuiduali itelligatur: cum orta suis attestentur principiis. primitiuorum nāꝙ naturam deriuatiua tenent. Jdq; a me actum esse intelligatur: cum plurima in eis recitata ꝙ delectabilia illustri domino meo: quāꝙ pergrata cognouerim. Et his sic finem faciens ad instituta prosequar. Et cum sepe mentem reuoluerem an extranea domesticis anteponenda forent: Jd mihi honestius esse videbatur: extraneis domestica preferri debere. Qua ex re cum patauus sim: de balneis in comitatu paduano a me prius agendum erit. De balneis ebani exordiū primum faciens.

¶ De balneis ebani. R̃ca. I.

Cum actum sit sulfur caliditatis balnearum causam primam esse: vt magno placuit philosopho. hinc a sulfureis patauis exordium a me primum esse debebat. Uerum cum ex ipsis septem que i comitatu habentur: illud antiquis scripturis famosius inueniam: qḋ apud nos de ebano nominatur. Juxta illud Lucani. Deu balneo si vera fides memorātibus augur: Colle sedens aponus terris vbi fumiger exit. Sic de eo prius agemus: ob qḋ sic memorandum virtus excellentia dignitas ac per orbem totum diffusa ⁊ gloriosa fama Petri ebanensis conciuis nostri sic me compellit: Et si vulgatur conuicinos sibi inuicem odiosos fore. Ego quidem cum domū olim sue domui contiguam prope teneam: sua singulari virtute captus: cuius est ad amorem homines allicere: sic de eis etiam in eius memoriam primum sermonem faciam. Uerum vt breuioribus que a me dicenda sunt absoluam: generalia quedam premittere itendo: quibus his ⁊ oibus termis a me sic in generali satisfactum esse putetur. ¶ Dicamus itaq; ꝙ terme omnes aliquid de sulfure participāt verum ꝑm diuersas earum mineras suis in virtutibus nūcupatiōe diuersificantur. Et omnes sunt calefactiue exic

catiue. qua ex re febrientes ex inflammatione aut caliditate epatis vexati ab eis fugere debent. Et est veteris nostri aliabatis sententia sua in practica. pte 2ª. Et certe hoc in loco non tacebo errorem illorum qui tales ad balnea assumenda consulunt. vnde error priore deterior consequitur: vt meo in tempore vidi. ¶ Estq; in balneis naturalibus vna laus que non est in aquis stupharum: quoniam in eis est liberior anhelitus. propter quod asmaticis: ⁊ stricti pectoris persuadenda magis sunt. sententia est principis .14. tertij. de ydropisis cura. Capiunt itaq; diuersitate minerarum diuersas proprietates. ¶ Unde alia omittendo balneum de ebano aggredientes dicamus primum. Et balneum ebani balneum est a ciuitate padue quinq; miliaribus distans in confinibus ruris Ebanum dicti: Rus quidem olim magnum ac potens apud montes situatum: in cuius planitie quidam minime altitudinis monticulus existit: a quo plures riuuli defluunt: sic balnea plura constituentes. Nam in transitu aqua fontis sic in caliditate remittitur: vt in eis homines balneare se valeant. Locus autem is a vallibus semotus est. ⁊ terra fructuosa circundatus ex omni plaga liber et si monte Danielis sancti versus occidens parumper cooperiatur. Nam is monticulus parue altitudinis existit. Est autem locus ⁊ habitatio sanitati hominis conformis ac delitiosus. que res certe vt opinor non negligenda esse debet ab his qui ad balnea proficiscuntur. Locus tamen ventosus est. qua ex re cum balneati balneum egrediuntur muniti ⁊ clausi stent. ne sic porositatibus apertis penetrando non offendat aer. Uerum ab eo fonte ⁊ balneis hinc inde aqua fluens sic in foueis retenta aerem alterat: que forsassis causa non raro existit: vt sic ad ea transeuntes pretermisso regimine debito infirmentur: de quo infra. ¶ De minera eius.

¶ Aristotiles suo de proprietatibus elementorum duo inter cetera notauit: quibus minera balnei cognosci habeat: color. vz. ⁊ sapor. nam de alembicatione ⁊ huiusmodi infra dicetur. vltimo capitulo. in quo ostendetur etiam alios sensus concurrere. Aqua enim balnei huius in sapore salsa: ⁊ aluminosa comprehenditur: ⁊ visu quadam parte sulfuris participare: ⁊ cinere. Nam in incessu eius per riuulos quosdam lapidosos ab eius feculenta parte productos maxima comprehenditur eius pars aluminosa ⁊ salsa. parua autem sulfurea. Nam color croceus sulfureus licet superficialis his in locis sic apparet: vt hi comprehenduntur colores diuersi: vt in Iride tres comprehendimus colores: croceum vz. ⁊ rubeum ⁊ viridem: Et si plurima pars sulfurea foret: cum multa viscositate sulfur participet: ⁊ plus ceteris minerabilis de colore citrino: sic appareret: quod visus falsum iudicat. Preterea ex odore cum inter ceteros mineralium eius odor grauissimus sit: hoc sensu odoratus comprehendemus quod minime contingit. Nam in balneis a predominio sulfureis hec duo comprehenduntur: color citrinus: ⁊ odor sulfureus. vt in balneis de petriolo siculis ⁊ ceteris talibus. Qua ex re ea balnea sulfurea minime dico: sed a predominio aluminosa plus salis quam sulfuris adhuc participantia. Et proportionabiliter vires: ⁊ proprietates in eis habitare propter que ea de simplicibus mineralibus memorata discurremus. Quibus infertur quod qui extimauerunt ea a predominio sulfurea: male opinati sunt. Fuit enim aliquorum opinio balnea omnia paduana eiusdem esse minere: quam non accuso: cum omnia fere sibi inuicem propinqua sint: ⁊ quasi vno aspectu participantia. Nam ea salsa nitrea: partim gipsea ac cinerea pronunciauerunt omnia. Et iam semper recolende memorie vir doctissimus ac proope alter philosophus Joannes de dondis patauus iuxta balnea montis groti ⁊ balnea sancti petri: de quibus infra domum construxit: ac instrumenta preparauit vt ex ipsa balnearum aqua salem albissimum conficeret: et in quantitate notabili. Quod opus efficax argumentum fuit: vt sic opinaremur balnea illa cinere ⁊ sale ac gipso participare. Nam vt actum nitrum naturam salis sapere videtur ⁊ cinis: cum ipse cum aqua salem conficiat. Addo preterea quoniam videmus in balneis sic sulfureis ingeniari homines sulfur conficere: vt in petriolo: ⁊ in balneis siculis. In his autem hoc minime fit aut fieri potest. quoniam si id fieri possibile fuisset: virum tanti ingenij opus hoc non latuisset. Et quoniam vt ex sententia Aristotilis dicebatur: omnia talia aliquali sulfure participant. Et hec aqua ebani ab ea sic vacua non sit: neq; in sapore sulfuris comprehendatur. Sed cum sulfure sic participet: facile sic mihi persuadeo ipsam magis aluminosam esse. Et autem aliquid calcis sapiat non nego: quoniam calx vt actum species sit cinerum. Uerum cum multo colore citrino: ac odore ⁊ sapore sulfuris omnino priuata sit arbitror dicendum nequaquam a predominio sulfuream esse. Nam in sulfureis a predominio hec tria simul reperiuntur. vt in balneis petrioli ⁊ siculis est videre. Preterea cum sulfur multum habeat de vnctuoso: ⁊ aereo: vt de ipso actum: aliquid eius in superficie aque comprehenderetur quod in igne missum arderet: vt in ceteris talibus: quod minime in ea reperitur. Ipsa enim clara est ⁊ ab omni vnctuositate ⁊ citrinitate purgata. Quibus relinquatur salsa ⁊ nitrosa: vt sapor eius manifestat. Aluminosa magis vt in riuulis comprehenditur cinerea ex adustione: ⁊ a sulfure vt cetere non absoluta. Et huius opinionis visus est esse gentilis: sed de hoc magis infra in de balneo montis groti. ¶ Electio. ¶ Tempus electionis harum balnearum est a principio madij vsq; ad medium iunij: cuius temporis constitutionem balneandus considerare debet. ne nimium frigidum calidum aut ventosum vel pluuiosum sit: quibus ex rebus ⁊ aqua: ⁊ ipse non parum pro tempore alterabitur vt ex eo contigat homines: quibus non est aduertentia hec: persepe infirmari ac mori. de quo post in de obseruandis. Pariformiter a medio augusti vsq; ad finem septembris. Et laudandum magis est balneum aeri expositum: cuius vapores exalant: ⁊ solis caliditate purificantur ac bonificantur. in quo ⁊ balneantes liberiorem habent anhelitum: neq; suis clausis vaporibus caput leditur eorum. Et si temporis fuerit notabilis alteratio: aut pluuia: aut frigore vel vento veniens ⁊ necessaria sic fuerit balneatio: eligatur tinna in qua ponatur aqua balnei calida etiam si fuerit oportunus ignis accendatur in camera. Et hoc in loco ⁊ in sequentibus talibus hoc volo nobis satisfacere. ¶ Natura. ¶ Calidum est ⁊ siccum: ⁊ vsq; ad tertium calidius: ⁊ minus calidum actu redditur distantia maiori aut minori ipsius ad fontem. Et quando stetit clausum aqua fontis sic ad eum non fluente. quare ⁊ aere ⁊ inclinatione ipsius aque ad frigiditatem in caliditate remittitur. Et si alumen in caliditate ⁊ siccitate ex aque commixtione remitti deberet. tamen ob caliditatem ignis ⁊ eius siccitatem sic intenditur. vnde aquam fontis talem in quarto pronuncio: cum potenter sit vesicatiua vlceratiua ⁊ adustiua. Est autem in tertio gradu. sic graduanda vt quandoq; ad vsq; quartum enuncianda sit. Ex quibus colligi potest quod ad secundum quandoq; perducitur frigiditate aque intranea. qua sic ad frigiditatem sibi consuetam ⁊ naturalem sue dimisse nature se deducit: iuuante aere impressam ignis caliditatem corrumpente. Uerum magis enuncianda est exiccatiua quam calefactiua. Quibus inducitur quod cum aqua illa caliditatem sic in vigore solis: ⁊ stellarum acquisitam amiserit: que dici potest viuificatiua: si iterum igne calefiat suarum proprietatum vt prius nequaquam erit eque

productiua. Nam caliditas sic ab igne in ea impressa adu/
stiua humane complexioni est cõtraria: aut non eque con/
ueniens ⁊ simbola: vt que est solis et stellarum: que ad ho/
minis generationem vt actum miro concurrit modo. Qui
bus inducitur aque balnearum de loco ad locum trãsdu/
cte paruam aut nullam efficacem operationem habere. lo
cus est speculationis. Speculentur itaq; hi qui in ferraria
⁊ alibi aquam porete potant. ¶ Operationes ⁊ proprieta/
tes. ¶ Mixtas autem has scribere oportet: cum mixtio/
nem suorum simplicium eorumq; virtutes ac proprietates
sapiant. Est enim balneum hoc calefactiuum exiccatiuum
⁊ exiccatiuum magis q̃ calefactiuum. ventositatum reso/
lutiuum: ⁊ male complexionis frigide ⁊ fixe remotiuũ. hu
miditates subcutaneas exiccat: ⁊ dolores ea ex causa venie
tes remouet. ⁊ participatione maiori aluminis sanguinem
reprimit: eius fluxum ac aliarum humiditatum coercet; ⁊
est solidatiuum. Et ad particularia descendens in areolis
ordinatis prosequemur: id primum enunciãtes q; vsus bal
nearum non ex omni leui causa est querendus. Uerum cũ
fortes fiunt egritudines veluti a medicis prope desperate
quare ita particulariter de eis omnibus sic scribere mihi
superuacuum esse videtur: eoq; maxime cuz de talibus sol
licitus indagator ab his que a nobis de mineris eorũ scri
pta fuere: exquisitam valeat informationez adipisci. Qua
ex re sic egritudines quibus appropriantur ⁊ ab alys scri/
ptas: ⁊ plures hoc meo in codice tantuz modo numerabo.
Legat itaq; in capitulis suis qui particularia de eis scire
cupit. ¶ Membra capitis. ¶ Ducia ei⁹ chatarro frigido
⁊ humido confert. calefaciendo. exiccãdo. confortando: cũ
aluminis ⁊ salis vel nitri virtute. vnde pnceps. Et nitrose
⁊ salse capitibus ⁊ pectori auxilium prestant: tum ea in par
te qua sulphuris naturam sapit ⁊ cineris: quo sulphure effi
cacior in his cinis redditur. Nam cinis minus exiccatiuus
minusq; multo calidus ipso sulfure est vt supra. quare mẽ
brum principale non ita ledit. Nam in membris princi/
palibus ita fortia inconsulte applicari non debent: vt quar
ta primi. quarto capitulo. Tinitui ⁊ sibilationi antiquis. do
lori capitis antiquo. potentius autem est balneum a predo
minio sulfureum in his passionibus sic auxilium prestans.
Uerum capitis ⁊ balneandi virtutem prius considerare
oportet qua ex re debiles: ⁊ corpore ⁊ capite sulfurea bal/
nea sic postponant: ⁊ a facilioribus incohent. Iuxta illud
mesue de soda frigida. Et incipiamus sicut est nostra con/
suetudo a debilioribus. Quare prius tẽtanda sunt balnea
hec aluminosa ⁊c. Deinde ad sulfurea se conferenduz: quã/
do. s. alia nõ conferunt: ⁊ virtus prius cõsideretur. Ex qui/
bus apparet error eorum: qui consulunt vt pro his ac consi
milibus mortales ilico se ad fortia transferant. Neq; de/
sino admirari q; tanta transiuerit in balneis nostris negli/
gentia: q; in nullo eorum ducia ad caput recipienda para/
ta fuerit. Ego autem iam paraui in balneo ebani tempore
quo in eis moram contraxi cuz illustri domina Isota estẽ/
si. Neq; meos sic accusare volo: sed vt obseruandis sic oc/
casio detur. ¶ Membra pectoris. ¶ Confert habentib⁹
pectus humiditate plenum ac frigiditate lesum. vt hic an/
te princeps. Et si asmaticis sic conferre videatur: certe aq̃
caliditatem male tolerare possunt. quare opus est vt aqua
ea in tepiditate reducatur: qua illam sustinere: ⁊ in ea diu/
tius permanere poterunt. ¶ Mẽbra nutrimenti. ¶ Con
fert stomacho humido: ⁊ ydropisim habẽtibus ⁊ inflatio/
nez. Princeps de aquis nitrosis salsis. Extenuat splenẽ tu/
mefactum. Et si necubi inuenerim alumen stomacho con/
ferre: ⁊ nitrum stomacho nocere legerim. ac sal ipsuz in q̃/
titate assumptum. hec quidez interius applicata intelligẽ/
da sunt: sicq; exterius conuenientia. ¶ Uulnera ⁊ vlcera.
¶ Ulceribus corrosiuis ⁊ ambulatiuis. cancrene. erpeti
estiomeno cõferunt valde: ⁊ serpiginem ⁊ impetiginem mi
rabiliter mundãt: vt persepe experiẽtia docuit. Auferũt ⁊
scabiem vlcerosam. Et hic aduertatur q; de sulfure nõ in/
uenitur in libris auctorum tanta laus in consimilibus pas/
sionibus quanta de alumine ⁊ sale. quare balnea hec in ta
libus magis commẽdanda sunt q̃ sulfurea. Quãobrem in
casu magnifici domini de Cesenis cõuenientiora forẽt. Et
quoniam nõ raro infra dicemus balnea sic vlceribus con/
ferre. hinc pro sequentibus aduertatur ad id qd scriptuz ẽ
quarta primi. secundo capitulo. Cũq; vlcus in pricipio fue
rit non debet eger balneum ingredi neq; ipsum aqua tan/
gere calida: quoniam trahet ad ipsum qd apostemati aug/
mentum faciet: sz cum vlcus quieuerit ⁊ saniez fecerit: for/
tasse tunc facile fiet ei. tu nota verbum fortasse. ¶ Mem/
bra iuncturarum. ¶ Cum salsedine participet: doloribus
articulorum ⁊ podagre confert: qui ex frigiditate ⁊ hũidi
tate fiunt: ⁊ fracture restaurationem efficiunt fortem ⁊ cõ
ferunt carbunculis ⁊ vlceribus. Priceps. Et alumine: ⁊ ci/
nere suo iuuamẽtum nõ paruum prestat. ¶ Membra ex/
pulsionis. ¶ Dictũ est q; sal omnis soluit ventrez. vnde cũ
huius balnei vis quedam: ⁊ magna in parte salsa sit aqua
eius ventrem soluit: ⁊ humores viscosos educit: si de ea cõ
ueniens dosis potata fuerit. ⁊ est a libra vna vsq; ad tres.
Et ego iam expertus sum ⁊ inueni libram mediam vẽtrez
soluere. Est enim sic potata stomachum cõturbans ac vo/
mitum inducens. propterea est clistericata magis laudan/
da. Et quoniam plurimum de alumine participat: mul/
tum adiuuat ad fluxum menstruorum alborum constrin/
gendum: ⁊ ad matricem multis humiditatibus relaxataz
quibus prohibetur impregnatio. Et solo fumo suo rectifi/
cat disponit et ad concipiendum preparat. Nam diebus
Cermisoni nostri: cuius consilio mulier veneta hac disposi
tione infecta: cuz ad balnea hec proficisceretur: que. iz. an
nis concipere nõ potuit: huius balnei vsu diuina interueni
ente gratia concepit. ¶ Febres. ¶ Aque preterea alumi/
nose corpora que febribus sunt apta fortiter ad eas perdu
cunt. quo in loco accipiendum est balnea quandoq; ab ho
minibus accusari. cum hi ex inaduertentia sua accusatiõe
digniores sint. Aiunt enim stellarũ constellatione balnea
sic egrotãtia facta fuisse. de quo post suo loco dicetur.

¶ De balneis sancti petri. Rubrica. II.

Ris est ab ebano fere per miliare distans: sanctus
petrus nominatum olim potens ac delectabi
le: quo quidem in loco terme sunt aluminose
salse multum: que sic sua salsedine: ⁊ alumino/
sitate his videntur egritudinibus conferre: de quibus in
his que de Ebano scripta fuerunt: ⁊ potentiores esse indi/
cantur. Uerum earum situs vallibus magna in parte oc/
cupatur: qui non parum attendendus est: vt post de obser
uandis dicetur. Areole autem hic adducantur que de aq̃
ebani scripta sunt.

¶ De balneis domus noue. Rubrica. III.

Ersus autem meridiem parumper descendẽdo ad mediũ
miliare balneuz reperitur domus noue nuncu
patum. Nam veteres nostri cuz vt cetera non
coluerunt. Domus autem hec nostris in dieb⁹
constructa fuit. Et huius rei Joannes de dondis patauus
vir diuinus ac prope verus philosophus: de quo supra: glo
riosus auctor extitit. Apud quem locum parumper distãs
est velut parua lacuna termarum: cuius ex aqua salem vt

actum conficiebat quoniam salsa multum est: ⁊ priori salsior. Et quidam se per alembicum expertos esse scribunt: ipsum calce participare. Uerum cum cinis paratior sit ad salem: sic cum aqua mixtus conficiēdum: Uerisimilius iudicādum puto illam cinere magis q̄ calce participare. unde i cacesia ydrope paralesi commendatur. Et est illa ebani solutiua magis chatarro conferens ⁊ ceteris vt actum de balneis ebani. a quo cum fit discessus: ⁊ ad alia versus balnea montis groti fit accessus: in vigore potentiora balnea inuenimus: que sulfure eo ebani magis participare videntur: ⁊ si in reliquis mineris conueniant. Huius autem situs veluti siluester est vallibus vallatus. quo in loco aq̄rum frigidarum: ⁊ calidarum magna fit collectio: vt veluti stagnantes aque sint nō boni odoris: quib⁹ nō paꝝ ledit aer. Areolaꝝ aūt harum ordo hic vt supra habeatur.

¶ De balneis montis groti. Rª. IIII.

MOns est ad occidens egrotorum a veteribus nostris sic nominatus: quoniam his in temporibus amenitate loci egrotantes ad balnea illi proxima proficiscentes ad eum perambulandum trahebantur. Erat enim ad ea balnea nō paruus egrotorum confluxus: cum ceteris omnibus patauis sint potentiora: ⁊ pluri sulfure participent: vt sensus visus ⁊ odoratus ostēdit quāobrem digniora ac famosiora sic facta fuere. cum sulfur in calefaciendo: ⁊ aquam exiccando principatum obtinere inter mineralia videatur: vt Aristotili placuit. Uerum hoc loco errorem illorum nō tacebo: qui cum potētiora sic reddantur: infirmos indifferenter ad ea ⁊ ad consilia fortia pficiscenda sic consulunt. Nam vt actum alia est aluminis virtus pluribus in egritudinibus ipso sulfure magis potēs sicq̄ cinere ac ferro ere ⁊ huiusmodi in varijs egritudinibus balnea redduntur ipsis sulfureis efficaciora. Qua ex re prius egritudo contemplanda est: vt actum a faciliori bus semper inchoando. ¶ Minera. ¶ Huius autem balnei minera sulfurea scribitur ⁊ aluminosa magis plus ceteris patauis sulfure participans vt actum. ⁊ si parua absolute sit pars eius sulfurea ceterarum comparatione. Unde parumper a balneis discedens parua reperitur lacuna balneum equorum nominatum: plurimo sulfure participans Unde cum equus animal humidum multum sit: ⁊ ab egritudinibus humidis vt plurimuꝫ molestetur. hinc accidit sic varijs egritudinibus: ⁊ vetustis mirabiliter conualere. Non tamen a cineribus balneum tale absoluitur. quibus iudicatur eius virtutes ꝯpositas esse: cuꝫ ei⁹ minera sic ex pluribus componatur. Et mineram eius nō derelinquens hic adducaꝫ verba. Joānis de dondis viri gloriosi: de quo supra qui visus est aliam habere opinioneꝫ. Inquit in quodaꝫ tractatu suo de cāis caliditatis balneaꝝ de aquis termarum paduanaruꝫ loquens. Qualis sit harum aquaruꝫ natura: cuiusq̄ minere virtute maxime participent: ex predictis trahi potest. Sed nunc manifestius per certissimas experientias demonstrandum est: quas ex opere confectionis salis ex his aquis: qd̄ quondā bone memorie genitor meus Jacobus de dondis inuentor: ⁊ imaginator primus subtili ordinauit ingenio. Et si longus sit sermo eius: tamen quia scio dominuꝫ meuꝫ in eo delectari debere. nō dubitabo his eum adycere etiam: quia ad dicta: ⁊ ad dicēda plurimuꝫ afferet vtilitatis. Quilibet animaduertēs curiosus intelligit. In illo nāq̄ opere vasa sunt duplicis conditionis ⁊ forme. Sunt enim eoruꝫ plurima fictilia: quia de terra facta que sunt rotunde figure formata in moduꝫ ollarum. Aliqua vero saxea plana ⁊ lata multuꝫ ad modū arearum concauata ita vt circūquaq̄ habeant eminētias ad latitudinem medij palmi. Hec autem vasa sunt in lacuna aque feruentis ita disposita vt manentia circundentur vndiq̄ ab ea: ⁊ similiter aqua sub eis. In dicta autem lacuna fontis aqua feruens est ad altitudinem brachij vel minus: in qua sunt plurima loca scaturiginis ⁊ ortus bulliētis aque. ita vt per hoc sit aqua feruens per totam lacunaꝫ renouata continue per nouas scaturigines. ⁊ defluens a lacuna per canales ingeniose ordinatos: vt per hoc maneat aqua in lacuna semper feruens ⁊ vnius altitudinis. In predictis vasis aqua decoquitur ad faciendum salem. sed in fictilibus ponitur de ipsa aqua fontis prout est in fonte: ⁊ prout est scaturiens de sub terra in fonte colligitur vsq̄ ad medium capacitatis eorum. ⁊ ipsa sic semiplena natant in lacuna fōtis. ⁊ p feruorē aq̄ fontis q̄ ꝯtinue currēs ꝯtinue renouat feruorem. Aqua enim q̄ intra vasa est decoquitur ⁊ ex ea euaporat plurimum subtilioris eius aque ꝓportionabiliter modicuꝫ eius qd̄ de minerali terreo admixta est remanet. propter quod continue magis: ⁊ magis augetur aqua: remanente in vasis salsedine. Cūq̄ peruenit ex huiusmodi decoctione salsedo ad aliquem certum gradū qui gustu comprehenditur: ⁊ incipiunt in superficie vasis aque decocte apparere quasi quidam flores ad modum paruarum guttarum: qui indicant principium coagulationis eius in salem. tunc aque ille de testaceis vasis transferuntur ad vasa saxea: que sunt i ipsa aque fontis lacuna firmata: ⁊ immobilia: ponunturq̄ in eis ad altitudinem vnius pollicis vel parum plus. Ibiq̄ per vlteriorem decoctionē coagulantur: ⁊ granescunt in salem: qui cū ad id opus idoneis instrumentis colligitur ⁊ reponitur candidissimus: ⁊ purissimus. In huiusmodi autem vasibus que dicta sunt: tam in testaceis q̄ in saxeis in fundis eorum: ⁊ lateribus p tunc aggregatur quedam durities lapidea alba cum luciditate quadam admodum gipsi: immo vere ⁊ absq̄ dubio gipsum est: nullum penitus perceptibilem habens saporē: preter quandaꝫ stipticitatem. Istud autem ꝙ aggregatur in vasibus saxeis in superficie sua superiori de qua sal colatuꝫ est sapit aliquid salsedinis aliquando propter id quod adhesit de sale eidem. ¶ Ex hac forma ⁊ modo confectionis salis ex predictis aquis que in illo toto opere fiunt attēdens quilibet: experietur euidenter eas ex tribus substantijs esse commixtas: que in dicta confectione salis abinuicem sensibiliter sequestrantur. Prima enim est aqueitas insipida plurima cuius īsipiditate ⁊ multitudine fit vt nec salsedo neq̄ alius aliquis sapor certus ante decoctionem sentiatur in eis. Deinde in ea commixtione est substantia terrestris insipida vel stiptica aluminosa: que subsidet in vasibus ⁊ lapidatur in eis. Et est iterum alia quasi media inter predictas substantias salsa que vt dictum est granescit ⁊ coagulatur in salem per decoctioneꝫ. Et aqua illa sic salsum exprimit saporem: multo aqueo insipido resoluto. Inter predictas autem substantias salsa media est. modo substantie quantitate grauitate situ atq̄ natura siue complexione. modo substantie: quia nō est ita grossa terrestris vt gipsea: nec tam subtilis vt aquea: neq̄ tam grauis vt gipsea. grauior tamen q̄ aquea. quantitate quia non est tanta vt aquea ad magnam proportionem. Nam ex mille libris aque vix conficitur vna salis. Est tamen amplioris quātitatis q̄ gipsea. grauitate q2 sexagesies plus de sale colligitur q̄ si totum illud qd̄ in fundus ⁊ lateribus vasorum eo pro tempore lapidescit. Situ quia mediuꝫ tenet quia aqueitas sursum in vaporem resoluitur. gipseitas fundum tenet. ⁊ sal supra gipsum. Complexio autem eius media est modo quodam complexione aliarum duarum participans vt patet intelligenti. Ex quibus collige lector me

gna in parte modum inuestigandi naturam termarum. de
quo in suo loco. Et sequitur. Sed plures dixerūt has aquas
naturam habere sulfuris. qđ verum non videtur: quinim/
mo est experientie ꝯtrarium. Nam extimauerunt ex odo
re aliquali quem sulfureum perceperunt: illas aquas esse
sulfureas. sed odor ille nō ex sulfure est: sed ex calidis igneis
spiritibus cum aqua mixtis: vel ex aliqua admixtione par
tium terrestrium: ⁊ salsarum. Sed magis certum argumē
tum est ꝙ non sint sulfuree: quoniam in eis nō est color sul
fureus neq3 vnctuosum in superficie: ꝙ necessario appa/
ret si sulfureum quid esset in eis. Sulfur eni leue ⁊ vnctuo
sum est: vnde materia ignis est facilis ⁊ calore dissoluta
in aqua supernatat ad modum pinguedinis prout experi/
entia certificat. Nam in sulfureis aquis supernatat pingue/
do que si accenditur ardet vt experientia videmus. Pre/
terea in compositione salis predicta nullum apparet sulfu
ris vestigium: qđ tamen videri deberet si sibi esset substan/
tia sulfurea ab alys sequestrata: ⁊ precipue cū sale: cum quo
multū conuenit in natura. Preterea cum eo nō apparet ne/
q3 color eius neq3 odor. Item si sal in igne proycitur crepi/
tat vt ceteri sales. sed non ardet: qui ardere deberet si cum
eo sulfuris substantia foret. Nō arbitror igitur has aquas
habere aliquid sulfuris corpulentum. Et si forte ignei ali/
qui spiritus cum eis scaturiant qui de natura sunt sulfuris
dantes odorem sulfuris aliqualem: vt in fulgure sentimus
post eius percussionem in loco aliquo: hi confestim exalant.
Concludens autem asserit ipsas esse magis exiccatiuas q̄3
calefactiuas propter salem ⁊ gipsum ambo exiccatiua esse
hec. Quibus plane habetur ꝙ aque termarum paduanaꝝ
aluminose sunt salse gipsee: a cinereitate non absolute: sed
nulla sui in parte sulfure participare. sicq3 maxima in par/
te in sententiam nostram conuenire. Qđ autem nō sint sul
furee conatus est probare vt scriptum est. Nos autem di/
ximus eas sulfure participare: sed parua in parte aliarum
mineralium respectu. Nam in tam assidua decoctione vt
in salis opere fit partes euanescunt sulfuree ⁊ resoluuntur.
Et nō appareat vnctuosum: id est propter paucitatem ipsi/
us alys partibus superantibus multum. quodq3 de colore
⁊ odore dicendum. Unde vt actū est nostro placuit Aristo
tili. omnes terme principaliter licet nō maxime a sulfure
caliditatem recipiunt. Et autem gipsee sint nō negatur ex/
presse. nam gipsum vt supra de eo frigidum est ⁊ siccum:
natura terreum: qđ ex forti ⁊ cōtinuata decoctione in aqua
tam pauce quantitatis nō auxilium recipiens aliūde: pars
illa terrestris sic superflue decocta in gipsum conuertitur:
que pars terrestris si iuuamentum recepisset a multitudi/
ne aquositatis: nunq3 in gipsum conuersa foret. sicq3 pars
illa terrea aluminosa aut cinerea aut salsa per fortem ⁊ vl/
timatam decoctionem resolutis partibus igneis ⁊ aereis in
substantiam conuertitur frigidam ⁊ siccam: quā gipsum di
cimus. Hec omnia sic probabilia sunt: demonstratione lo/
gica carentia. sed experiētia est omnium harum discordia/
rum magistra. Uerum opinionem per me positam ⁊ ab oī/
bus alys laudatam sic magis colo. ⁊ si vir hic clarissim⁹ fue
rit vt actum. Qđ autem dicit ꝙ ante decoctionem nullus
percipiatur sapor. certe pace sua contrarium expertus sum
⁊ qui plures in presentia mea gustarunt. Situs autem ei⁹
vt actum monti ē proximus: vallibus vallatus: eiusq3 aer
nō eque vt is ebani qualificatus. Fluxum etiam aquarum
frigidarum: ⁊ calidarum in vnum concurrentium in hoc au
xilium prestantium. Est autem a balneo ebani vno cum me
dio vel duobus miliaribus distans. ¶ Electio. ¶ Huius
areole apertio ex his que ī de balneo ebani ea ī areola scri/
ptum est: sic nobis in hoc loco satisfaciat. ¶ Natura. ¶ Ca
lidum est ⁊ siccum: ⁊ balneo ebani calidius ac siccius cete
risq3 patauinis: cui⁹ caliditatis ⁊ siccitatis graduatio ex di/
ctis in balneo ebani accipiatur. est enim vt supra magis exic
catiuum q̄3 calefactiuum. ¶ Operationes ⁊ proprietates.
¶ Est calefactiuum. exiccatiuum. resolutiuum. vt ceteris
inest termis. Et ad particularia descendens areolam in/
scribo: que est. ¶ Membra capitis. ¶ Princeps. Sulfu/
